





Luxdorph.,.

JUS ECCLESIASTICUM VETUS.

JUS ECCLESIASTICUM VETUS SIVE THORLACO-KETILLIANUM

CONSTITUTUM AN. CHR. MCXXIII

KRISTINRETTR HINN GAMLI EDR ÞORLAKS OC KETILS BISCUPA.



EX

MSS. LEGATI MAGNÆANI

CUM

VERSIONE LATINA, LECTIONIBUS VARIANTIBUS, NOTIS, COLLATIONE CUM JURE CANONICO, JURIBUS ECCLESIASTICIS EXOTICIS, INDICEQVE VOCUM

EDIT

GRIMUS JOHANNIS THORKELIN Isl.

HAVNIÆ 1775.

TYPIS FRIDER. AUGUST. STEIN.

REGI.

DOMINE AUGUSTISSIME!

Regia munificentia TUA, hic libellus, qvi longo tempore delituit, in lucem editus eſt; non ut ſervitutem Pontificiam, ex qva immortales Majores TUI, nos eripuerunt, lectori commendet; ſed qvo melius ratio iſtorum temporum, & conditio eorum, qvi ſub jugo Papali in Islandia vixerunt, cognoſcantur.

Sinas

Sinas igitur REX AUGUSTISSIME! ut hoc qvalecunqve opuſculum TIBI humillime offerat

SACRÆ MAJESTATIS

TUÆ

Hafniæ die 21 Octobris
1775.

ſubditus
devotiſſimus & obedientiſſimus
GRIMUS JOHANNIS THORKELIN.

Cod: Leg: A: Magn: No 351 in Fol:

E nef bóndi lœtr œ́ garþt vppi. þa e̊ ħ
utlægr. iij. m. ⁊ m hũr ꝼra sak ẘ am
an ⁊ ꝼ palk wa ꝼ ge gꝼit er.

Cod: Leg: A: Magn: No 346 in Fol:

Þ ar er m̄ legr ꝼe i kkiu. huart lem þeri.
bonn. e bufe. e. ílautū aurom. e. tiundū
af þei bólſtaðū. er heraðſ m̄ ſkylldo þgat m̄a.

Cod: Leg: A: Magn: No 158 in Quarto:

Sk hu̇t ſ pærð i kkiu þat e m kkiu
en lægt. ſ ſem m̄ ða ꝼyrt bonn

Cod: Leg: A: Magn: No 334 in Fol:

Bóandi sá er vill þeirr biþi er skilldr at þá fim
retðsciota þann dag er til fer ibitt. huílkar
til oc buarz þá gód m. ero skylldir at há tipi

Cod: Leg A: Magn: No 347 in Fol:

Eykkia byenn vppe da sætt
hon sua at fla ra hary at ga. ok
þ kkin ga e sip vill. ok sua mikla
ceinsh vill.

AD
LECTOREM.

Nondum tempus erat, ut diligentiæ rationem Almæ Universitati Havniensi redderem, ubi operæ pretium duxi, aliqvod antiqvitatis monumentum publici juris facere.

Jus igitur *Ecclesiasticum Islandiæ Thorlaco-Ketillianum* vulgo *Vetus* dictum, elegi, adprobante Summe Ven. Dno *Nicolao Edinger Balle*, S. S. Theol. D. & Prof. P. O. & in Aula Regia Concionatore, cujus in mea, & concivium studia, favorem, & indefessum laborem ea promovendi, non gratus nunqvam profitebor.

Est vero Jus hoc omnium in orbe nostro boreali, si *Canuti Magni* Danis datum excipias, qvæ ad nos integra pervenere, qvantum qvidem nobis constat antiqvissimum, rogatum qvippe â *Thorlaco Runolfi*, & *Ketillo Thorstani* hoc Holensium, illo Dioecefeos Skalholtensis Episcopo, anno

 MCXXII,

MCXXII, & in Comitiis anni seqventis, communi consensu â præsentibus, suo & absentium nomine in leges relatum: idqve non mirum: cum in eo conscribendo desudaverint Optimates utriusqve ordinis sacri & civilis, inter qvos patriæ, seculiqve decus *Sæmundus Sigfusi*, â vastissima, qvam post Germaniam, Parisiis collegerat, doctrinâ, *Polyhistor* â veteribus perpetuo salutatur. Est præterea Jus hocce præ omnibus Juribus septentrionis ecclesiasticis haud parum memorabile, cum non solum sub libera Islandorum republica, sed etiam, anteqvam potestas Episcoporum, imperio civili apud eos derogaverat, concinnatum sit, unde etiam reliqvis omnibus popularius & ad principia juris civilis, qvæ eo seculo valuerunt, magis compositum est. Fontes esse crederem *Jus Canonicum* Pontificium, & *novellas domesticas*, qvarum bonum numerum Codex Legum *Grágás* exhibet, simul tamen consulto, licet admodum parce *Jure Ecclesiastico* Danico *Canuti Magni*, & inprimis *Norvegico*, â *Grimkele* Episcopo,

&

& *Hialtone Skeggii* Optimate Islando anno MXIX auctoritate Regis Olai Craſſi in Islandiam introducto, qvod dudum periit, exceptis qvibusdam canonibus, qvi in Jurib. Eccl. Norvegicis â me collatis, cætera noſtro multum recentioribus, adhuc continentur.

Dolendum qvidem eſt, qvod Jus hocce noſtrum â mutationibus, mutilationibus & additionibus, prorſus immune non deprehendatur, ne qvid dicam de vitiis, qvæ librariorum mutandi libido, inſcitia rectæ ſcriptionis, & oſcitantia invexit; hæc tamen omnia non obſtant, qvin poteſtas ejus genuina, ſatis aſſeri poſſit, ope codicum Pergamenorum, qvibus uſus ſum. Hi omnes ad eximiam, & (ut nunc res eſt) utiliſſimam bibliothecam A. Magnæanam, pertinent. Horum autem Codicum recenſio hæc eſt:

Imus Formæ maximæ No. 334. Legibus Islandiæ civilibus Grágáſæ & Járnſidæ, Jus hocce Eccleſiaſticum præmittens. Exaratus eſt circa vel ante medium ſeculi XIVti

minor

minor ætas illi vix adſcribenda eſt; pro hoc enim militant pictura literarum nitida, & ſcriptis iſtius ævi omnino conformis, & orthographia pura; ex. gr. *a* pro *o* in *vatr* madidus cæt.: *ö* pro *æ* in *föra* pro *færa* ferre, *bögri* pro *bægri* dexter, *fött* pro *fætt* natum cæt., nec non pro *e* in *kömr* pro *kemr* venit cæt.: *o* pro *u* in *hon* pro *hun* illa, *ſcepno* pro *ſcepnu* creaturam, *ſcolo* pro *ſculu* debent: *s* pro *ſs* in *hús* pro *húſs* domi, *kros* pro *kroſs* crux: Þ pro *d* molli in medio vocum, ut *tiÞir* pro *tidir* tempora, ſacra; ſæpius tamen *d* virgula transfixo utitur, typis latinis inimitabili; puncta pro commatibus ſemper. Accedunt dictiones, vocesqve perraræ cæteris ignotæ: exemplo ſint *Jardcroſſar* p. 90. initio ſeculi XI. in finibus regundis adhibitæ Svarfd. mea Cap. IV. " *Liótr* ſcypti laund-" om. ſcar Þar upp torfu. eda *jardcroſs*. " oc mælti. ſva kann ec at at marca landa " ſcypti. " ɔ: Liotus, *ubi fundis limites poſuit*, *ceſpitem*, crucemve ceſpititiam *eruit*, *dixitqve: ita fundos limitibus partiri ſoleo*;

leo; ut taceam defectum distinctionis Capitum per rubricas, qvod Critici antiqvitatem olere judicant; nec non mentionem festi Magnæani seculi demum XIVti initio introducti. Nihilo tamen minus, pro novis ɔ: originali additis, habenda sunt, qvæ pag. 36. aaa, 38. gg, 52. q, 86. qq, in textu â variantibus discordant, & qvæ locis cit. codices collati nesciunt, imo: Caput XXII. originarium esse, merito dubito ex festo *Johannis* anno MCC instituto, ut & festis *Thorlaci*, qvorum prius MCXCVIII, posterius MCCXXXVII publica auctoritate constituta sunt, cui conjecturæ ulterius favet *Codex Stadarfellensis* pag. 104. b. totum hocce Caput omittens. Ad hunc autem codicem tanqvam antiqvissimum, optimumqve, textum ita expressi, ut in eo nihil deficiat præter *e* crassum cum apice accentuali eodem modo picto atqve in *á*, *ó*, *ú*, nec errata irrepsere, qvin in mendis allata sint. Duo cæterum dantur hujus Codicis apographa chartacea in Qvarto sub No. 122. & 183.

Codices

Codices vero qvi feqvuntur collectioni lectionum variantium infervierunt; in qvibus II^dus fol. No. 351. *Sk.* ɔ: *Skalboltenfis* â me vocatus eft, qvia eum Skalholto Hafniam miffum celeberr. *A. Magnæus* anno labentis feculi XXI accepit. Complectitur, præter Jus Civile *Jónsbók*, nec non Edicta Regum & Refcripta, cum aliqvot Conftitutionibus Epifcoporum, utrumqve Jus Ecclefiafticum Islandiæ, hoc fcilicet & Arnæanum. Diftinctiones Capitum in rubra, pictura, & orthographia Norvegica, cev origine Germanica, feculum vergens XIV arguunt: fæpius enim habet *æ* pro *e* in medio vocum, ut in *bælgi* pro *belgi* feftum, fanctitas; imo in initio, ut in *æingi* nemo, pro *eingi*, *æi* pro *eigi* vel *egi* non; *b* otiofum pone *g*, ut in *lögb* leges, pro *lög*; *w* pro *u*, ut in *wtlagr* mulctandus, exul. pro *v* in *war* pro *var* fuit, *wardveita* pro *vardveita* cuftodire cæt. Capita addit qvæ recentia funt, incertæ tamen ætatis; qvod etiam valet de plurimis canonibus, qvos Codex primarius No. 334. ignorat. Bina

ejus

ejus ſunt exempla chartacea, unum in fol. No. 352, alterum formæ Qvartæ No. 187. utrumqve manu b. *A. Magnæi*. Cum hoc præterea idem fuit *Codex Leyrárgardenſis* fatali forſan incendio Havnienſi in cineres redactus, qvippe qvi hodie non exſtat; didici hoc ex apographo ejus, qvod humanitati debeo Clariſſ. Dni *Joh. Finnæi*, qvem ſæpius conſuluiſſe me nunqvam poenitebit.

III^tius In fol. No. 347, qvem *B* notavi, ɔ: *Belgsdalenſis*, â prædio Belgsdal in parte occidentali Præfecturæ Dalenſis, & qvidem tractu Saurbæ, ita vocatus â b. *A. Magnæo*, continet Jónsbók, ſtatuta aliqvot & Jus hocce Eccleſiaſticum. Ejus characteres cev notæ characteriſticæ, eædem ſunt cum Skalholtenſi, niſi qvod ad exemplar, Skalholtenſi melius, ſcriptus videatur.

IV^tus In folio No. 346, notatus *St.* ɔ: *Stadarfellenſis*, â prædio Stadarfell ad ſinum Hvamsfiörd in toparchia Dalenſi, Jónsbók & Jus hocce Ecclſiaſticum continens, elegan-

eleganter exaratus eſt ad exemplar qvod-dam pervetuſtum (docet hoc ignoratio Capitis XXII,) juſto tamen negligentius, qvod patet ex. gr. pag. 58. ubi pro: *heimta hann ſem annan mans man. ſva ſcal preſtr leyſaz frá kirkiu. at læra annann i ſtad ſinn;* tantum modo habet: *heimta hann ſem annan manz mann. i ſtad ſinn.* pag. 104. b. *Brandum*, qvi anno MCLXIV inſulam adeptus eſt, pro *Ketillo* ſubſtituit; vel qvod verius puto novellam qvandam â *Brando* & *Thorlaco ſancto* in leges eccleſiaſticas relatam ante oculos habuit. Orthographia *aa* pro *a* ɔ: *au* latinorum: *c* pro *g* in *blóduct* ſangvine madidum: *e* pro *i* ante vocalem, in *ſynea* denegare, *ſealfr* ipſe cæt.: *e* pro *æ* in *frendi* pro *frændi* frater, cognatus, *bekur* pro *bækur* libri, & pictura, exitum ſeculi XIVti ſapiunt. Exemplum habet No. 188. in Qvarto, manu immortalis *A. Magnæi*.

Vtus Formæ Qvartæ No. 158. Lit. B. qvem Q. notavi. Paulo ante Reformationem ſcriptus eſt, qvod vel ex unica voce

viær

viær nos pag. 92. a. patet, ubi vitiose *i* ante *e* ɔ: *e* more ævi seqvioris inseritur; taceo virgulas accentuales cuilibet vocali promiscue superpositas, cum *a*, *i*, *o*, *u*, graves iis tantum recte notentur ut & *é* more Cod. 334. ante qvod recentiores *i* inserunt, ut in *fie* pro *fe* pecus, pecunia, *liet* pro *let* omisit, amisit, reliqvit. Aliqvantum antiqvius est fragmentum, *F* notatum sub eodem numero Lit. A, utrumqve tamen valde mutatum, qvinimo, ut picturâ, ita dictionibus novissimum. Attamen sciendum ejus lectionem cum *B*. & *M*. ɔ: No. 50. in Duodecimo, circa Reformationem exarato ad exemplar melioris notæ, convenientem, præstare textui, pag. 106. r, ff, 124. d.

Unus chartaceus formæ maximæ No. 338. not. *ER*. ɔ: Exscriptum Regium, cum qvo alii tres, in serie seqventes conspirant, utpote apographa Codicis membranei, qvi veracissimi *A. Magnæi* fide extat in Bibliotheca Regia antiqvaria, qvam tamen mihi

videre non contigit. Exſcripſerunt codices citatos librarii notæ optimæ, ſc. harum rerum doctiſſimus *Jonas Magnæus*, magni *A. Magnæi* frater, *Aſgeir Jonæ*, qvi celeberrimo *Torfæo*, (cui plurima debuit,) díu à manibus fuit, & *Jonas Haconis* de Watzfiördo, qvi operibus majorum exſcribendis immortuus eſt.

Ordinem ſervat Originali proximum præmittendo Grágáſæ Jus Eccleſiaſticum, qvale illud Caput XXXV. recenſet, ea enim qvæ ſeqvuntur, partim conſtitutiones publicæ ſunt, ut Cap. XXXVI, XLIV & XLV, & pag. 162. c, partim compilationes privatæ, ante introductas leges Magnæanas Codice Jónsbók complexas, factæ, ita tamen, ut vim legis per uſum fori adepta ſint. Orthographia puriſſima eadem cum No. 334. & adhuc *é* cum apice accentuali ſuperpicto pro *æ*, *i* pro *e* in fine vocum maxime conſtanter: *k* & *c* pro *t* pone *ſ*, *z* in fine, ut in *elſc* naſcitur, *andazc* moritur, *matisk* occurritur:

tur: *v* pone *g* & *q* in *syngva* pro *syngia* canere, *qveiqva* pro *qveikia* accendere. Hæc si observemus, autographum Regium omnes prædictos codices ætate superare tutus concluderem, (licet novella pag. 164. autorem laudet *Magnum Gizuri* Episcopum Skalholtensem, qvi fatis cessit Anno Christi MCCXXVI, & ejus lectio pag. 10. g, 13. v, 124 e, textu vilior sit; qvinimo, festum Magni Agnoscat,) si ejus inspiciendi copia fuisset, qvâ scrupulus de Rubris, qvæ apographa præseferunt, tolleretur; hæc enim donec contrarium probatur, â librariis adjecta fuisse suspicor, ut taceam lucem, qvæ characteribus seu ductu literarum affertur crisi, circa ætatem scriptorum cæteroqvin difficili. Qvælibet enim ætas suum olim habuit literas pingendi modum, cui constantius adhæsit, qvam nos, qvi *omnia simul imitando*, *nihil imitamur.*

Venio nunc ad Versionem, qvam, qvantum potui, proxime ad textum &

genium lingvæ accomodare ſtudui, debuiqve: hanc tamen vix auſus fuiſſem prelo committere, niſi totam fautor qvidam meus, ſumma mihi ad cineres devotione obſervandus, cui præterea aditum in Bibliothecam Magnæanam debeo, anteqvam typis mandaretur, relegendam ſuſcepisſet, qvo errores extantiores ſublatos, & emendatos eſſe confido.

Dum in interpretando verſabar, plurimum mihi profuturam ſperavi Verſionem ad Codicem Skalholtenſem, olim expresſam â b. *A. Magnæo*, qvam igitur No. 352. in Bibliotheca aſſervatam adii, revolviqve; ſed parum emolumenti inde retuli, cum ſit lacunis plena ubi voces dictionesve perplexæ occurrunt; eſt enim coæva Verſioni Juris Eccleſiaſtici Arnæani Annalibus Eccleſiaſticis Pontoppidani Tom. I. annexæ, qvæ utpote juvenilibus magni autoris annis confecta, & nondum elaborata, ipſi poſtea ad palatum non fuit. Contra, multus mihi uſus doctri-

næ

næ viri ſcriptis dudum clari Dni *J. Olavii*, qvem in dubiis ſæpius adii.

Notas appoſui ubi videbatur, paucas tamen, cum talem operam immortalis Hiſt. Eccleſ. Iſl. Autor dudum præoccupaverit.

Earum igitur, qvæ deſunt & inde peti poſſunt, loco, Juris noſtri cum Canonico & exoticis convenientiam, qvatenus ætas paſſa eſt, ante oculos ſiſtere anniſus ſum.

Index Vocum, ſi multitudinem ſpectes, poteſt pro juſto haberi, non tamen pro Gloſſario, qvandoqvidem & tempore, & ſubſidiis, qvæ ad hoc concinnandum reqviruntur, deſtituebar.

Ultimo ſciendum, hoc Jus Eccleſiaſticum ad Annum Chriſti MCCLXXV valuiſſe, qvo Arnas Epiſcopus Skalholtenſis, Civibus dedit Jus Eccleſiaſticum novum, (*Kriſtinrett hinn nya*,) qvod b. Pontoppidanus immerito, tanqvam Norvegicum eſſet, Johanni Archiepiſcopo Norvegiæ tribuit, Annal. Eccl. T. I. p. 785.

Eſt tamen hoc noſtrum ejus fons, in paucis immutatum, qvatenus mori Sedis Apoſtolicæ, *clerum ditandi*, *laicos ſupprimendi*, convenit, vel ſaltem non reſtitit, cfr. Hiſt. Eccl. Iſl. T. I. Per. III. Sect. II. Cap. 6. §. 3, 7. p. 540. ſq. Imo valet adhuc plene Conſtitutio de Decimis Cap. XXXVI, qvæ ut recte intelligatur, opus eſt nunqvam ſat laudanda Hiſt. Eccl. Iſl. ubi T. II. Per. II. S. I. §. 11. materia bellorum, â ſummis olim in muſarum Caſtris ducibus, calamo fortiter geſtorum, lucidiſſimâ laudatæ conſtitutionis interpretatione prorſus eliminatur.

Qvod ſupereſt, oro Te *Lector Benevole!* ut hunc meum qvalemcunqve conatum ſecundis adſpicias oculis, & qvæ in eo deprehenderis vitia, difficultati materiæ, meæqve juventuti humaniter condones. Scribebam Hafniæ 21 Octobris MDCCLXXV.

CON-

CONSPECTUS CAPITUM JURIS ECCLESIASTICI.

XXXII.

KRI-

KRISTINN RETTUR ÞORLAKS oc KETILLS.

I. CAPITULI.

UM KRISTILIGA TRÚ OC BARNSCÍRN.

a). 1). Á dögum fedra varra voro þau lög ſett at aller menn ſcolo kriſtner vera á landi her. oc trúa á einn Gud födr. oc ſon. oc anda helgan. Barn hvert ſcal föra til (b) kirkio er alit er ſem fyrſt má. med hverigre ſcepno ſem er. (c) Scaparſe barns er ſcylldr at föra barn til ſcírnar. oc ſá madr er hann bidr til. Enn ef hann er eigi hiá. oc ſcal (d) bóndi ſá föra barn til ſcírnar er viſt veitir kononni (e) þá er hon verdr lettari. oc ſá madr er hann (f) bidr til. Enn ef hvargi er þeirra hiá. oc ſcolo þeir menn föra barn til ſcírnar er þar ero lög faſter innan hús. (g) Ef þeir hafa eigi lid til. edr ero þeir eigi til. oc ſcolo þá þeir menn er næſtir ero (h) föra barn til ſcírnar eda veita lid.

Ef

a) Sk. B. St. ER. Q. Þat er upphaf laga varra at. *Initium legum noſtrarum eſt, ut.* M. Þat er upphaf laga varra Islendinga ſem upphaf er allra godra hluta. *Initium legum noſtrarum Islandicarum idem eſt, ac omnium bonarum rerum.*

b) *Omn.* ſcírnar. *baptiſmum.*

1) *Chriſtianiſmus legibus ab Islandis receptus fuit anno Dom. M. ſed ante hoc Jus Eccleſiaſticum annis CXXIII. conf.* Kriſtniſaga Cap. XII. p. 102.

CAPUT. I.

DE FIDE CHRISTIANA ET PÆDO-BAPTISMO.

Diebus majorum nostrorum leges rogatæ sunt, qvibus omnes insulæ hujus incolæ, christianos esse, & in unum Deum patrem, filium & spiritum sanctum credere jubentur. Infans qvilibet natus cujuscunqve formæ sit, qvam primum fieri potest ad templum feratur. Heres infantis necessarius infantem ad baptismum ferre tenetur, & is, qvem ad id invitat. Si non affuerit, hospes puerperæ, & ille qvem accersit, infantem ad baptismum portent. Utroqve absente, á domesticis isti villæ adstrictis infans ad baptismum deferendus est. Si neqviverint, vel coram non fuerint, vicini infantem ad baptismum ferant, vel opem ad id præstent.

c) Sk. B. St. ER. cf fadir barns er hiá. ok skal hann færa, *si pater infantis adsit, obligatur ad ferendum.* St. Ef scapærfinge barns, *hæres necessarius infantis. M. minus recte.* Ef fadir barns er eigi hiá ok skal hann *si pater non adfuerit, ille debet.*

d) Sk. húsbondi *paterfamilias.*

e) Sk. St. Q. ER. M. er lettari er wordinn *qvæ enixa est.*

f) Sk. kvedr til *arcessit.*

g) Sk. B. M. ef æi eru þeir til. ok skulu. *si desint, tunc debent.*

h) Sk. B, St, M, omitt. föra barn —— veita lid.

Ef sá madr hefir eigi sysło á at föra barn til scírnar er scylldr er til (i) eda syniar sá farar er hann er bedinn oc ver þat fiörbaugsgard (k) hvaru tveggia þeirra. oc á sá söc þá er vill. þeirri söc scal stefna heiman. oc qvedia til heimilisbúa níu á þíngi þess er sóttr er. Bóndi er scylldr at ala þá menn þriá fulltída þá er barn föra til scírnar (l). enn hinn fiorda mann barn. enda ross eda eyk. ef þeim fylgir. Ef bóndi á fe minna enn hann eigi (2) þíngfarar kaupi at gegna. oc á hann at veita þeim húsrúm oc selia þeim mat. (m) oc hey. sva sem búar virda. Golldit scal (n) á fiortan nóttom matar verd. oc heys. Ef bóndi syniar vistar. eda þess beina er til er mælltur. oc verdr hann útlagr um þat þrim mörkum oc á sá söc er vistar er syniat. (o) þat er stefno söc. scal qvedia til búa fim á þíngi þess er sottr er.

II. CA-

---

2) Þingfarar caup: *Tributum Comitiale, ulnis decem* ɔ: 34 *solidis Danicis bodiernis æqvipollens, cuilibet colono expendendum erat, qvi pro se, & singulis domesticis, de suâ qvadrâ necessario alendis, vaccam, ejusve pretium, vel navim, vel rete phocis capiendis aptum, præterea jumentum, taurum, eqvumve, omnemque supellectilem necessariam possidet. Nomen vero inde traxit, qvod Comitiorum assessoribus muneris ergo proficiscentibus loco salarii, pro ratâ, distribueretur.* Vide Jonsbok. Tit. Þegnsk. Cap. I. Confr Jonsb. Þíngfararbálk. Cap. II. & Arnesens Islandske Retterg. Cap. XIII. p. 451. & seqq.

Si qvis, cui infans ad baptismum portandus est, alia negotia excuset, sive, qvi invitatus fuit, se comitem adjungere deneget, uterqve relegationi obnoxius erit. Actio illa popularis est. Reus domi citetur, convocatis novem ejus vicinis, qvi in foro rei competenti, veridicorum munus obeant. Colonus, viros tres adultos infantem ad baptismum ferentes, infantemqve qvartum, qvin etiam eqvum, jumentumve, si cum iis est, alere tenetur. Colonus pauperior qvam ut tributum comitiale solvere debeat, mansionem domi suæ illis concedat, & alimenta, pabulumqve ad æstimationem rusticorum vendat. Pretium pro alimentis & pabulo intra noctes qvatuor decem persolvatur. Mansionem & expetitam hospitalitatem illis denegans, tribus marcis mulctetur. Ille cui hospitium denegatur, actor est, eaqve causa in judicium deducatur, citatis qvinqve vicinis ut veredicis ad forum rei competens.

i) *Sive qvi invitatus fuit comitem se adjungere deneget. add. omn.*
k) Sk. B St. Q. hvarumtveggia.
l) Add. Sk. M. um nótt *nocte.*
m) Omitt. omn. hey.
n) Sk. á fiórtán nátta fresti.
o) Omitt. Sk. B Q ER. Þat er stefno fór. *addunt citati sæpius.* stefna skal þvi máli heiman ok qvedia. *reus domi citetur, convocenturqve.*

II. CAP.

AT FÆRA BARN TIL SCÍRNAR.

Þeir menn er barn föra til scírnar scolo fara til lögheimilis prestz. nema þeir finni hann (a) ádr. oc bidia hann scíra barn. (b) Þat er mællt ef hann varnar. oc ver hönum fiörbaugsgard. oc eigo þeir söc er barn fördo til scírnar. þat er stefno söc. scal qvedia til níu heimilisbúa á þíngi (c) þess er sottr er. (d) Ef þeir finna prest á förnum vegi oc lætr hann rett scírn uppi at hann láti at lögheimili síno. Ef hann hefir eigi lengr heiman verit en dagstund. Ef prestr hefir um nótt heiman verit eda lengr oc hitta menn hann á förnum vegi. oc bidia hann (e) scíra barn. oc lætr hann rett scírn uppi at hann láti at kirkio bö enom næsta. ef barn er eigi siúct. (f) Ef barn er siúkt. oc megi siá sótt á barnino. oc scal þar scíra er vatni náir fyrst. Prestr scal eigi svo heiman fara nótt eda lengr at eigi hafi hann þá (g) reido med ser er barn megi scíra. Enn ef hann fer sva heiman. nótt eda lengr. oc verdr hann secr þrim mörkom ef hann kömr i enga raun um. (h) Enn ef þat stendr fyri scírninni. oc ver þat fiörbaugsgard (i) oc eigo þeir söc er barn

a) Sk. B. M. fyrr.

b) Omitt. Sk. B. ER. Q. M. Þat er mællt.

c) *Freqventer omitt. St. M.* þess er sottr er.

d) Sk. M. omitt. St. ef þeir hitta prest.

e) St. Barnskírnar *pædobaptismum.*

f) *Omn.* ef sótt er á barni ok skal þar skíra. *si infans morbo tentetur, baptizandus ibi est.*

CAP. II.

DE INFANTI AD BAPTISMUM FERENDO.

Infantem ad baptismum ferentes, domicilium pastoris legitimum petant, nisi obvium ante habeant, infantemqve illi baptizandum offerentes. Si denegaverit, relegationis poena ei constituta est. Infantem ad baptismum portantes actores sunt. Causa autem in judicium deducenda est, & coloni novem ut veridici in forum rei competens vocandi.

Si pastor illis obvius fuerit, baptismum recte differt, donec ad domicilium suum legitimum venerit, modo ultra diei partem aliqvam domo non absuerit. Si pastori per noctem vel diutius domo absenti occurrant, & ab eo petant, ut infantem baptizet, baptismum recte differt, donec ad prædium proximum, qvod templum habet, venerit, modo infans se bene habeat. Si vero morbo, ita ut appareat, infans laboret, aqvâ primum obvia baptizetur. Pastor neqvidem per unam noctem, nedum diutius domo absit, qvin res secum habeat, ut infantem baptizare possit. Unius noctis pluriumve, absentiam marcis tribus expiabit, etsi ejus periculum facere necesse non sit. Si vero negligentia ejus hac in re baptismo obstet, relegationis condemnetur. Actores sunt,

 qvi

g) St. luti. *res.*

h) *Add. omn.* ef hon kemr i raun um ok flendr þat fyrir skírn barns at hann hefir æi þá reidu til er þarf. *si opus habuerit, & baptismo obstiterit, qvod mediorum, qvæ babtismus reqvirit, indigeat, relegetur.*

i) Om'tt. S'· B. St. M. oc eigo þair sôc — at qvölldi.

barn fördo til scírnar (k). (l) Ef prestr er á búi oc ver honom þat eigi vid lög þótt hann fari sva frá húse at hann hafi eigi þá reido med ser er barn megi scíra med. ef hann fer til sömo giftingar at qvölldi.

III. CAP.

BARNA ÞÁTTR.

a). Ef barn (b) er fött i úteyiom, (c) oc ero hiner sömo menn allir scylldir at föra barn til scírnar sem á megenlandi ef hiá ero oc svo búdonautar. Sá er scylldr at liá scips er bedin er (d) oc fari á at ráda. oc sva at fara med þeim hvor er til er böndr sva sem fyrst má fyrer vedrs söcom. Bondi er scylldr at ala þá menn sim (e) oc barn inn siötta mann. (f) Þeir ero iamscylldir at feria þá menn aptr

k) Add. ER. Oc scal stefna heiman. oc qvedia til níu heimilisbúa á þingi. *Reus domi citetur, & vicini novem, ut veridici in judicium vocentur.*

l) *Omitt. omn.* Ef prestr er á bui —— giftingar at qvölldi.

a) Add. ER. Þat er mællt. *constitutum est.*

b) Sk. elst. B. ælst. ER. elsc.

c) Omn. Oc er fadir (ærfingi B. ER.) barns hiá. oc er hann skylldr at færa barn til skírnar oc budonautar hanns. oc þeir menn allir er á meigin landi ero skylldir at færa barn til skírnar. *Pater (hæres) infantis si adsit, infantem ad baptismum portare debet, omnesqve in continente constituti, infantem ad baptismum ferre tenentur.*

d) Omitt. omn. oc fari á at ráda.

e) Add. B. St. er utan eru komnir ur eyum, *qvi ex insulis advenerunt.*

qvi infantem ad baptiſmum deportant. Paſtor hoſpitio fruens, impunè á domo diſcedere poteſt, licet media ad baptiſmum neceſſaria ſecum non habeat, modo illuc pernoctatum veſpere redeat.

CAP. III.

SECTIO DE INFANTIBUS.

Infantem in inſulis á continenti remotioribus natum, iidem omnes, qvi in continente, modo adſint, qvin etiam contubernales ad baptiſmum ferre obligantur. Navim poſtulatus, ſi habeat, commodato, rogatiqve comites ferentibus ſe adjungant, iterqve faciant, qvam primum aër permittit. Colonus illos qvinqve, & infantem ſextum alere tenetur. Qvi hos ex inſulis in continentem vexerunt, iidem,

redu-

f) Þeir ſculo þá menn feria aptr ut er barn færa til ſkírnar er utanfærdu ef æi má landveg færa ella ero þeir wtlæger þrim mörkom. Nú eigo þeir lyrettnæmar ſacir vid nockrn þeſora manna, þá á ſá, at feſta lögbót ef hann vill væra færdr aptr. oc hafa bætt adr þeir ſkiliz. Þeir ero æi ſkylldir farningar er ſakir eigo. nema ſá vili þat. enn ef hann á ſakir vid þá. oc ſitr hann æi ſökom ſinom vid þá. *Qvi, infantem baptizandum ferentes, ex inſulis in continentem vexerunt, iidem qvoqve illos reportent, ſi per terram ire non liceat, cæteroqvin tribus marcis mulctentur. Si qvis inſulanus in hos cauſis interdicti obnoxius ſit, ſatisfactionem legitimam ſtipulatâ manu promittat, ſi velit revehi, qvam ante diſceſſum ab invicem præſtare tenetur. Illi, eos, cum qvibus litem habent, niſi velint, revehere non obligantur. Qvi vero eos, cum qvibus litem habet, revehit, juri ſuo, ſuâ cum reo converſatione, non renuntiat. Vid. C. IV.*

aptr út heim er utan fördo. Ef kona verdr lettari à fornum vegi oc eigo föronautar hennar at föra barn til scírnar eda þeir er til ero bednir fyrst. Ef sá madr förir eigi barn til scírnar er scylldr er til. eda syniar madr hönom farar eda scíps edr eykiar at naudsynialauso, oc ver þat fiörbaugsgard. þat ero stefno sacir. oc scal qvedia til heimilisbúa níu á þíngi þess er sottr er. (3) Ef barn er sva siúct at vid bana se hætt. oc náir eigi prestz fundi. (4) oc á þá karlmadr ólærdr at scíra barn (g) oc taca vatn þar er vatni náir. eda siá ef eigi náir vatni. hann scal sva mæla. ec vígi þic vatn i nafni födor. oc gera kross á vatnino med hendi sinni inni högri. oc sonar. oc gera annan kross á vatnino. oc anda heilags. oc gera inn þridia. hann scal bregda þumalfingre sinum i kros á vatnino vid hvart ord þeirra þriggia. þá scal hann gefa nafn barnino sva sem þat scal heita (h) hvart sem er sveinn eda mær. oc mæla sva: (i) Ec scíri þic. (k) oc nefna barn. i nafni födor. oc drepa barnino i vatn (l) um sinn iamt fram fyri sic. oc sonar. oc drepa i vatn (m) i annat sinn höfdi barns til vinstri handar. oc anda heilags. oc drepa it þridia sinn (n) til högri handar höfdi barnsens i vatnit sva at þat verdi alvatt (o) i hvart

g) Sk. B. St. ER. Q. Ef þat er at bónda húsi. ok taka vatn i keralldi. Ef barn verdr sva siúkt á förnum vegi. ok skal skíra þar er vatni of náir. *si sit in domo rusticâ, vasi aqva assumatur, si vero in viâ, morbus infantem invadat. baptizandus est, qvamprimum copia aqvæ sit.*

---

3) K. R. Gulath. L. Cap. XX.

4) Dist. IV. c. 21. & 36. De Consecrat.

reduces domum transportent. Partum mulieris in via enixæ, comites, vel primum arcessiti ad baptismum ferant. Si qvis infantem ad baptismum ferre, obligatus neglexerit, vel si qvis illi comitem, vel navim, vel jumentum sine impedimento legitimo denegaverit, relegatione puniatur. Causæ hæ in judicium deducantur, novemqve vicini ut veridici in forum rei competens convocandi sunt. Infantem morbo supremis admotum, si pastor obtineri non possit, laicus baptizato, aqvamqve, ubi habetur assumat, & qvidem marinam, deficiente dulci. Ita dicat: Te aqva! consecro in nomine patris, *& super aqvam signaculum crucis dextra faciat,* & Filii, *addito signo crucis secundo,* & Spiritus Sancti, *adjuncto (crucis signo) tertio. Pollice ad qvamlibet harum trium vocum, super aqvá crucem faciat. Tumqve infanti, sive puer, puellave sit, nomen, qvo vocandus est, imponat, dicatqve:* Ego baptizo te, *nominetqve infantem,* in nomine Patris, *eumqve, ante se, in aqvam immergat,* & Filii *tumqve caput infantis secunda vice sinistrorsum aqvá immergat,* & Spiritus Sancti, *tumqve caput infantis tertiò dextrorsum in aqvam demergatur, ita ut qvávis vice totum made*

h) *Omitt. omn.* hvart sem þat er sveinn eda mær.
i) Q. Ek skíri þik N. í nafni födrs ok sonar ok anda heilags. ok drepa þrisvar barninu í vatnit. sitt sinn vid hvort ordit þeirra þriggia. *Baptizo te N. in nomine Patris & filii, & spiritus sancti, terqve infantem, semel nempe ad qvamlibet harum trium vocum in aqvam immergat.*
k) Add. Sk. B. St. ER. Skal hann qveda. *dicat.*
l) *Omitt. omn.* Um sinn —— fyri sic.
m) I anat sinn —— vinstri handar. omitt. omn.
n) *Omitt. omn.* Til högri handar höfdi barns.
o) *Item* I hvart sinnit.

hvart ſinnit. Þó er rętt at um ſinn ſe ídrepit i vatn eda hellt á eda auſit. ef eigi verdr rádrúm at audro. Nu náir hvartki vatni ne ſiá. (p) oc ef getr ſniá. (q) Þa ſcal hann ſva gera croſſ á ſniánum oc qveda ſlíc ord yfir ſem hann ſcylldi á vatnino. hann ſcal drepa barnino i ſniá. oc láta fylgia þau ord öll ſem þá at hann dræpi þvi i vatn. hann ſcal taca ſnió oc bræda med höndam ſer oc rída á ſva at þad verdi alvatt. Eigi ſcal hann ſva drepa barnino i ſniáinn at þat (r) ſöki kuldi (s) ſva at þvi ſe vid bana hætt, helldr ſcal hann rída á ſniáyinum med höndum ſer. (t) Rett er at kona kenni honom at ſcíra barn (u) (5) enn eigi ſcolo konor ſcíra barn. nema engi ſe annarr koſtr á. þá ſcal kona ſcíra barn ef hin meſta naudſyn er á. oc er hvartki hiá karlmadr ne ſveinbarn þat er hon megi hendor þeſſ á leggia at ſcíra barn. enn barn ſe ódautt at eins. (6) Því at eino ſcal fadir veita ſcírn barni ſíno ef engi er annar madr til. (7) (v) Ef fadir ſcírir barn ſitt ſiúkt oc ſcalat hann ſcilia ſæing vid kono ſína fyri þá ſöc. (x) Sveinn ſiö vetra gamall ſcal ſcíra barn (y) ef eigi er roſcnari madr til. Þvi at eins ſcal yngri

p) *Omitt. M.* oc ef getr —— dræpi þvi i vatn.

q) *Omitt. St.* þá ſcal —— þvi í vatn.

r) Sk. ángri *infeſtet.* ER. ſeki *noceat. omitt. M.*

s) Sk. ok þvi.

---

5) C. 20. Diſt. IV. De Conſecrat. apud Gratianum in Decreto.

(6) Can. VII. Cauſ. XXX. Qvæſt. 1.

(7) ibidem.

madefiat, recte tamen semel immergitur, vel aspergitur, vel aqva illi infunditur, si aliter fieri non possit. Deficienté utráqve aqvá dulci & mariná, nix si obtineri possit, adhibenda est, cruceqve signanda, & iisdem verbis, ac aqva, consecranda. Infans nivé immergatur, adhibitis verbis, quæ super immersione in aqvam pronuncianda sunt. Nix assumta, manibusqve liqvefacta infanti illinatur, ita ut totus madefiat non tamen, infantem nive ita immergere licet, ut frigus illi noceat, mortisve periculum afferatur, sed nix manibus illinenda est. Fæminis illum baptizandi ritus docere licet, fæminæ vero baptizare prohibentur, nisi aliter fieri neqveat. Summá urgente necessitate, absente tam viro, qvam puero, cujus manus infanti baptizando imponat, fæmina baptizato, modo infans in ultimis agat. Pater proli suæ baptismum tum demum præbeat, si nemo alius adsit. Pater prolem infirmam baptizans, torum separare ideo non tenetur. Puer septennis adultioribus absentibus, infantem baptizare potest, Sep-

t) *Omn.* Karlmadr skal skírn veita barni. enn ef hann kann æi ord eda atferli. ok er rett. *Laicus infantem baptizet, si vero ritus verbaqve nesciat, tum licet.*

u) *Omitt. omn.* at scíra — ódaut at eins.

v) St. Ef fadir veitir skírn barni sino fyri naudsynia sakir. eda modir. oc skolo þau hafa samvister oc samhvilo sem ádt ef barn þotti daudvana. *Pater materve prolem in casu necessitatis baptizantes, mensâ toroqve communi postea fruantur, si infans in summo vitæ articulo versari videretur.* Q ER. Enn ef hann scirir barn sit siukt, þá skal hann skilia sæng vid konuna. ok ef hann görir eigi sva þá vardar honum þat fiörbaugsgard. fari um kvanfáng hanns sem biskup lofar. *Si progeniem infirmam baptizaverit, torum separet, secus faciens, relegetur, ejusqve matrimonium ab arbitrio Episcopi dependeat.*

x) *Omitt. Sk. St.* Q. *ER. M.* Sveinn siövetra —— konom oc körlom tólfvetra gömlom.

y) *Omitt. omn.* ef eigi er roscnari madr til.

yngri ſveinn ſcíra barn ef hann kann bædi Pater noſter oc credo in Deum. (8) Scíra ſcal kona barn ef eigi ero karlar til. (z) oc ver henni þvílíkt ſem karlmanni ef hon kann eigi. Eigi ſcal optar ſcíra. þot ſcorti ord edr atferli. *ef ádr var ſcírt i nafni födr oc ſonar oc anda heilags.* enda hafi nockot vat ordit. (aa) Ef preſtr fer eigi ſva at ſcírn at biſcupi þicki rett. oc ver þat fiörbaugsgard. oc á biſcup ſöc. Tólf vetra gömlum körlum oc ſva konom (bb) er ſcylt at kunna at ſcíra barn. oc þau ord oc atferli er þar fylgia. enn ef þau kunna eigi fyri oröcdar ſacir oc verdr eigi rett at farit. þá er þörf verdr. oc ver fiörbaugsgard. biſcup á at ráda fyri ſöc. (9) Sá madr er ſcírt hefir barn ſcal fara til fundar vid preſt. oc qveda fyri hönum ord þau er hann hafdi i barn ſcírn. oc ſegia til atferla þeirra er fylgt hafa. Nu þickir preſti eigi rett at ſcírn farit hvart ſem ſkortir ord edr atferli. þá ver fiörbaugsgard bædi konom oc körlom tólf vetra gömlom. (10) Ef preſti þickir rett ſú ſcírn oc andaz barn oc ſcal þat grafa at kirkio oc ſyngia líkſöng yfir. Ef barn lifnar þa ſcal preſtur veita þvi alla reido þá er upp er þadan frá er þvi er i vatn drepit. (11) Eigi ſcal ſcíra i annat ſinn ef rett var ádr at ſcírn farit. (cc) ef þat hefir ſcírt verit i nafni födor. oc ſonar. oc anda heilags (dd). þá ſcal eigi ſcíra í annat ſinn. þott egi ſe vatn vígt edr einuſinne ídrepit. Ef preſti þickir eigi ádr med fullu

z) *Omitt. omn.* oc ver henni —— ef honn kann eigi.

(8) Diſt. IV. c. 20. de Conſecrat. confr. Can. IV. Cauſ. XXX. Qvæſt. III.
9) K. R. H. Cap. II.
10) K. D. B. Gulath. L. Cap. XX. confr. K. R. H. L. C. II.
11) Diſt. IV. c. 38 & 83. de Conſecrat.

Septenni minor, si Pater noster & Credo in Deum *memoria teneat baptismum administrato. Fœmina, viris absentibus infantem baptismo initiabit, eâdem, quâ masculi pœnâ, si verba, ritusve nesciat, punienda. Iterum baptizare non licet, qvamvis verbum aliqvid, ritusve defecerit*, modó baptizatus antea fuerit (infans) in nomine patris, & filii & spiritus sancti, & pars ejus aliqva madefacta sit. *Pastor, quem episcopus baptismum, minus ritè administrasse judicat, relegatione obnoxius erit, actioqve ista Episcopo competat. Viris fœminisqve duodecennibus injungitur, ut baptizandi cæremonias, & verba illuc pertinentia calleant. Si socordia illis inscitiam causetur, ita ut baptismus, usu exigente minus rectè administretur, relegationem subeant. Episcopo actio ista competit. Qvi baptizavit, pastorem adeat, illiqve verba, ritusqve in baptismo adhibitos exponat. Si pastori, baptismo vel qvâ verba, vel qvâ ritus, qvid deesse videatur, tum vir, fœminave duodecennis relegetur. Infans pastoris censurâ, legitimè baptizatus, posteaqve mortuus in cœmeterio hymnis funebribus adhibitis sepeliendus est. Infanti vivis restituto, pastor omne officium præbeat, qvod præstandum erat, postqvam infans in aqvam immersus fuit. Legitimè baptizatum iterum baptizare non licet, si baptizatus fuerit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, tum rebaptizare non licet, qvamvis, neqve aqva consecrata sit, neqve infans semel immersus fuerit. Pastore baptismum minus legitimè peractum judicante, sive verba, ritusve defece-*

aa) *Omitt. Sk. B.* Q. ef prestr —— á biscup sôc.
bb) *Add. Sk.* er vit hefir til, *qui ratione gaudent.*
cc) O*mitt. B.* ef þat hefir skírt verit —— einisinni ídrepit. *Omitt.* Q. ef þat hefir skírt verit —— oc hafa skort ord eda atferli.
dd) *Add. St.* enda hafi vatt vordit nockut, *modo pars aliqva madefacta fuerit.*

fullu rett scírt. oc hafa scort ord eda atferli. oc andaz barn. oc scal þat eigi grafa at kirkio. Enn ef barn lifnar oc scal prestr veita þvi fulla scírn sva sem ecke væri ádr (ee) yfir súngit. Ef barn andaz primsignt oc hefir eigi (ff) meiri scírn oc scal þat grafa út vid kirkiogard þar er mötiz vígd molld oc uvígd. oc syngia eigi líksöng yfir. Ef barn (gg) elsc sva nær páskum eda hvíta dögom oc vill madr fresta scírn þángat til (hh) (12) þvattdags þess annarstveggia oc verdr honom þat rett ef barn er eigi siúkt. enn ef barn er siúct. oc scal þegar scíraz. (ii) Enn ef hann vill bída scírnar. oc

ee) *St.* at giört, *qvasi res infecta sit.*

ff) *ER.* verit skírt *antea non baptizatus.*

gg) *Sk.* elst. *St.* elz. *B.* ælſ.

hh) *Omn.* laugardags fyrir Páska eda hvítadaga, *diem lavationis ante Pascha vel Pentecosten.*

ii) *Sk. B. St. Q. ER.* Ef madr vill bída þvattdags at skírn þá skal hann fara til fundar vid prest. ok skal prestr ráda hvart hann vill skíra fyrr eda þvattdags at. *Siqvis baptismum in diem lavationis differre velit, tum adeat pastorem, qvi, pro arbitrio infantem statim baptizare, vel negotium hoc in diem lavationis differre potest.*

---

12) *Dies de Diis denominandi morem majoribus receptum,* Jonas Ögmundi Sanctus, *primus Holis in Islandia Episcopus, ad Ecclesiæ primævæ consvetudinem, exstirpavit, teste Vitâ ejus.* Hann fyrirbaud strengilega at eigna daga vitrum mönnum heidnum. svo sem at kalla Tysdag. Odinsdag. eda Þórsdag. enn baud hafa þat dagatal sem helgir fedur hafa sett i ritninguin. at kalla annan dag viku þridia. ok svo ut. ɔ: *Severè prohibuit dies gentilibus sapientibus dicari, appellando dies Tyri, Othini, & Thori, indixitque*

fecerint, infans mortuus á sepultura cœmeterii excludatur: Si vero vitæ restituatur á pastore pleno baptismo initiandus est, tanqvam sacris antea initiatus non fuerit. Infans post primam signationem mortuus, majorem baptismum non habens, ad aggerem cœmeterii, ubi terra consecrata communi jungitur, absqve cantu funebri sepeliatur. Infantis prope Pascha, vel Pentecosten nati modo firmi baptismus, impune in diem lavationis, utrumqve festum præcedentem differri potest, infirmus autem extemplo baptizandus est. Siqvis baptismum

---

qve dierum denominationem, qvam sancti Patres in scriptis suis constituerunt, nominando, diem secundam, tertiam, & sic porro. Hinc facile potest elici, cur diem solis Sunnudag, *utpote á* Justino Martyre, *in Apol.* Tertull. C. *XVI. Apologet.* Augustino *Serm.* LXI. *reservatum, retinuerit. Ceterum Jus Eccl. hoc, & hodiedum Islandi, dies partim ex ordine, partim de ritibus ecclesiasticis, per eos olim celebratis denominant, á qvibus in versione ne ungvem discedere volui.*

Schema dierum tale est:

	Sunnudagr	*dies Solis.*
v.	Drottinsdagr, *dies dominica.* . .	
	Annardagr vico, *dies hebdomad. 2da.*	*dies Lunæ.*
hodiè	Mánadagr, *dies Lunæ.* . . .	
	Þridiudagr, *dies Tertia.*	*dies Martis.*
	Midvicodagr, *dies hebdomad. medii.* .	*dies Mercurii.*
	Fimtudagr, *dies Qvinta.*	*dies Jovis.*
	Föstudagr, *dies Jejunii.* . . .	*dies Veneris.*
	Laugardagr, *dies Lavacri.* . .	*dies Saturni.*
	Þvattdagr, *dies Lavationis.* . .	

oc ſcal hann finna preſt. oc láta hann ráda hvart bída ſcal þvattdags at ſcírn eda eigi. (kk) Karlmanni hverium fulltída er vit hefir til þeſſ er ſcyllt at kunna ord þau at ſcíra barn oc þau atferli er þar fylgia. enn ef hann kann eigi fyri oröcdar ſakir. oc ver fiörbaugsgard. oc á biſcup at ráda fyri ſöc þeirri. Hvoriom manni er ſcyllt bædi karlmanni oc kono er hyggiandi hefir til þeſſ at kunna *Pater Noſter* oc *Credo in Deum* (ll). enn ef (mm) hann vill eigi kunna. oc hafi hann vit til. þat ver fiörbaugsgard. biſcup ſcal ráda hverr þá ſöc ſcal ſökia. (nn) hafa ſcal preſtr jafnan reido til at ſcíra barn ef hann er at lögheimili ſino (oo).

CAP. IV.

HER HEFR LÍKA ÞÁTT OC SEGIR UM LÍKA FÖRSLOR. (a)

Lík hvart ſcal til kirkio föra þat er at kirkio á lægt ſva ſem menn verda fyrſt bunir til. Arftökomadr á at föra lík til kirkio ef hann er hiá (13) oc ſá madr er hann bidr til. Ef eigi er erfingi hiá eda hann er eigi

kk) *Omitt. Sk. B. St.* karlmanni hvörium —— ſöc þeirri.
ll) *Add. Q.* oc Ave María.
mm) *St.* þau vilia eigi *ſi nolint.*
nn) *Omitt. omn.* hafa ſcal preſtr —— lögheimili ſino.

13) *Officium, funus indictum ſeqvendi ex obligatione Juris antiqvi, gentilibus Islandis incubuiſſe docet* Eyrbyggia *his verbis:* Jafnſciilt var þat öllum mönnum i lögum þeirra, at færa dauda menn til graptar ſem til þeſſ voro qvaddir. *Æqvalem omnibus injunxit lex tunc temporis obligans, neceſſitatem, ut funus ſeqverentur, quibus illud indictum erat.*

baptismum differre velit, adeat pastorem edocturum, utrum in diem lavationis baptismum differre liceat, nec ne. Viro cuiqve adulto, mente sana gaudenti, injungitur, ut verba qvæ baptismus reqvirit, sociosqve ritus calleat. Cui socordia ignorantiæ causa est, ille relegetur, episcopusqve causam agat. Unusqvisqve vir & mulier mente sani Pater noster *&* Credo in Deum *scire obligantur. Si mente sanus scire negligat, relegationem subeat, episcopusqve actorem constituat. Pastor domi legitimæ, omnem apparatum habeat, qvem pædobaptismus reqvirit.*

CAP. IV.

INCIPIT SECTIO DE FUNERIBUS, ET IISDEM EFFERENDIS.

F*unus qvodcunqve jure sepulturæ ecclesiasticæ gaudens, ad ecclesiam qvam primum fieri potest, efferatur. Heres, modo præsens, & ille ab eo invitatus, mortuum cœmeterio inferat. Herede absenti, illove*

B 2 *minori*

oo) *Add. Sk.* slikt eru gudsifiar vid prest sem annan mann, ef hann hefir skírt kono eda barn hennar. *) hverki skal karlmadr ne kona hafa halldit ödru undir skírn eda primsignan eda biskups hönd. eda annars börnum þeirra er saman eru. *Pastor æqve ac aliusqvisqve cognatione spirituali obstringitur si mulierem, ejusve prolem baptizaverit. Non licet iis matrimonio jungi qvorum alter alterum suscepit de sacro fonte, vel sub prima signatione vel manu Episcopi tenuit, nec conjux alter alterius liberis officium compatris præstet.*

*) *Can. I. Caus. XXX. Qv. I. conf. Grág. de Matrimonio Cap. IV.*

a) *Sk.* um líkfæring til kirkiu, *de funeribus efferendis.*

eigi fulltídi. oc ſcal bóndi þá föra lík til kirkio er viſt veitti hinom andada (b) þá ſídaz. Ef hvargi er þeirra hiá (c) oc ſcolo fara lögfaſtir menn (d) þeir er þar ero næſtir. taka ſcal af fe því er hinn andadi átti lerèft eda vadmál at búa um lík. Enn ef ſá átti eigi fe til. oc er hinn þá ſcylldr (e) at fá til. eda búa um lík er til kirkio förir. Alla löghelga daga er mönnom (f) ſcyllt at búa um lík. (14) oc gera kiſto at. oc

b) *Om. B.* þá ſídarſt.
c) ærfingi ne bóndi, *hæres, neqve pater familias. add. B.* arfi ne bóndi *Q. M. R.*
d) at föra lík til kirkiu *add. B. funus ad eccleſiam ferendi.*
e) *Ommitt. omn.* at fá til.
f) *Sk.* rett *legitime.*

14) Arcas ſepulcrales *nunqvam adhibuerunt gentiles Boreales adeoqve nec Islandi ante Chriſtianiſmum, niſi in itinere navali qvis occubuerit.* Eigla *Cap. XXIV.* þá er hálfſótt var liðit. elnadi *Kvoldulfr* ſótt. enn er hann var banvænn. þá kalladi hann á ſkipveria ſína ok ſegir þeim —— ef ek andaz þá geri þer mer *Kiſtu.* ok latit fyri bord. —— litlu ſídar andadiz hann. ok var gert ſem hann ſagdi. ɔ: *dimidiato mari* Kvoldulfum *morbus correpſit, ille vero morti vicinus ſocios ad ſe vocatos alloqvitur —— ſi moriar inqvit:* arcâ *me condite, eamqve in mare dijicite —— paulo poſt moritur ejusqve voluntati ſatisfactum eſt. conf.* Landnám. *Part. I Cap. VI.* & Svartdæla *Cap. VI. arcâ tamen tumulo illata non fuit. vid. Cap. VII. Minime vero obſtat Carmen Brynhilldæ* (Brynhilldarliod) *in Edda Sæmundi de ſepultura ita tradens:* Haug ſcal gera hvern lidinn er. þvo hendr oc hauſur. kemba ok þerra ádr fari í kiſtu. *Tumulus mortuo conſtruatur, ejusqve manus lavandæ ſunt cum capite, qvod comendum eſt, & tergendum antequam arcâ condatur. Qvippe cum hunc locum ſuppoſititium eſſe evincerit S. V.* Finn. Johann. *in Hiſt. Eccleſ. Isl.* **T. I.** *p.* 24. *ut taceam Scriptorum* de iis *altum ſilentium, cum alias*

minori, hospes mortui novissimus, illum efferat. Si uterqve abfuerit, vicinis qui legitimum habent domicilium hoc negotium incumbit. E bonis mortui relictis, linteum, pannusve vulgaris ad funus vestiendum detrahatur. Si bona reliqverit nulla, ille, cui officium funus sepeliendi incumbit, ea commodare debet, quibus funus induatur. Die qvôvis Canonicô, mortuos vestire, arcas sepulcrales conficere, efferre & sepelire licet,

 ex-

---

alias qvam plurimos humandi modos veteribus receptos persequentur, qvos ad tres classes referre hic mihi liceat.

Prima Optimates, & melioris notæ tam viros, qvam fæminas, complectitur, qvi tumulo condebantur (*voro heygdir*) Eigla *Cap. LX. Eigill* tok sótt um haustir. Þá er hann leiddi til bana. let *Grimur* giöra haug mikinn. ok leggia *Eigill* þari. ɔ: *Autumno* Eigillum *morbus invasit, qvo demum moritur.* Grimus *vero tumulum facere curavit, cui* Egillum *intulit. Confr.* Hist. Droplaugidarum, Vit. Thordi Hrædu *Cap. VII. XII. & XVI,* Hist. Olai Trygg. *Part. I. Cap. CLXXII,* Landnám. *Part. V. Cap. X. & Mantiss. p.* 386. *Edit. Submianæ.* Vit. Droplaugidarum: Fióra vetur var *Arneydr* fyri búi ádr hun andadiz. er þar haugur hennar fyrir utann gard. ɔ: *Per qvatuor hiemes* Arneida *rem familiarem curaverat, anteqvam occumberet, tumulus ejus extra septum areæ existit. Ubi nunc* navi impositi (*voro skiplagdir*). Landnám. *Part. II. Cap. II. Asmundr* var heygdur þar oc skiplagdr. ɔ: Asmundus *ibi tumulo conditus naviqve impositus fuit. Conf.* Vatnsd. *Cap. XXVIII.* Eigla *Cap. XLI. & LI.* Gislonis Sursonii *Vita Cap. VIII.* Gretteri *Cap. XX.* Laxdæl. *Cap. VIII.* Hinn sydasta dag bodsins var *Audr* flutt til haugs þess er henni var gör. ok laugd í skip í hauginn. *Ultimo convivii die* Auduro *ad tumulum illi factum effertur, naviqve in tumulo imponitur. Nunc in* scamna vel sellulas sedentes collocati *ut* Gunnarus *de* Hlidarenda *in* vita Niáli *Cap. LXXIX. confr. Barthol. Antiqv. Dan. Lib.*

cunqve temporis, eadem mulcta expietur. Si decimæ in toparchia ubi qvis habitat, non solvantur, vel debitor ob moram citatus non sit, causa æstate proximâ, in comitiis universalibus ad rupem jurisdicundi recte proclamatur. Qvi intra tribum sunt, eorumqve mandatarii die lavationis, & jejunii, causas ex capite decimarum, proclamare debent: si vero ante festum causas non proclamaverint, cuilibet ex populo, post festum usqve dum judicia celebrantur eas proclamare licet. Causas ex capite decimarum proclamaturus rupem jurisdicundi adeat, testesqve eum in finem nominet, dicatqve: causam contra NN. proclamo, ob retentam decimarum qvartam (qvæ nominanda est,) eumqve sex marcis mulctandum pronuncio, partemqve nondum solutam juxta æstimationem vicinorum duplo præstandam esse, (judicio, in qvo causa est decidenda, expressô,) idqve legitime proclamo, ubi qvis actionem de decimis proclamat, viros qvinqve loco citationis proximos veridicorum instar in foro convocet, eosqve veridicos nulla exceptio, distantiæ locorum exceptâ, inhabiles reddere valet, nec vitium in hoc processu commissum attendatur, si actio principalis legitime instituta sit. Reconventioni in actione de decimis nullus esto locus, nisi causa reconventionis delictum sit relegatione, poenave graviori plectendum vel ex capite decimarum oriatur tum enim attendi debet. Causas vero de decimis tum demum eadem æstate in foro proclamare, & agere licet, si reus in foro adsit. Actiones de decimis, non magis qvam aliæ condictiones præscribuntor. Siqvis decimas primis semestribus debitas non solvat, ad domum suam citandus est, actione cæteroqvin ex capite moræ in foro proclamandâ.

CAP.

y) *Add. Sk. B. St.* Þó er rett at sökia um biskups tíund. Þó at sá se egi á þíngi er sóttr er. *De decimis episcopalibus agere licet, qvamvis reus in foro non adsit.*

XLIII. CAP.

UM TÍUNDARSÓKN.

Þá er madr ſtefnir heiman at ſin (a) inn fimta dag viko. þá er fiórar vikor ero af ſumri. um tíundarmál. oc á dómr at döma. at giallda i þeim ſtad enom ſama fiortán nóttom eptir vapnatac. innſtöda oc ſex merkor álaga. oc ſcal þeim döma þriár merkor er ſöcir, enn adrar þriár ſcolo fylgia þeim fiórdungi tíundar ſem um er ſtefnt. Enn ef ſtefnt er at lögheimile þeſſ er ſóttr er. oc ſcal þar þá döma at giallda innſtöda oc álög fiortán nóttom eptir vapnatac. Enn ef lyſt er á þíngi um tíundarmál. oc á dómr at döma innſtöda oc álög at lögheimili þeſſ er ſóttr er fiortán nóttom eptir vapnatac. enn um (b) víti öll þau er her fylgia. oc útlegdir. þá ſcal döma ſex álna aura (c). Aull tíund ſu er minni er enn ſciptingar tíund. þá ſcal hon hverfa med þurfamanna tíund á hauſt. nema biſcop vili hana einkum til kirkna láta leggia. Biſcup ſcal ráda til hverrar kirkio tíund ſcal leggia af hverom bö. *Cætera eadem cum variante ex Cod. Sk. ſub lit.* ſ. *p.* 44.

XLIV.

a) *Omitt. Sk.* hinn fimta —— af ſumri. *Omitt. B. ER.* inn fimta dag.

b) *St.* vitni, *teſtibus.* *ER.* fe víti, *mulcta pecuniaria.*

c) *Add. B. eadem manu. St. recentiori:* Enn hin ſaumo ero vidrlög um tíund hvergi lengi er halldit er. oc ſkal vid en ſaumo gögn ſækia. hver madr er tíund görir. ſkal geallda lyſitoll til graptrar kirkiu tvær álnir vadmáls. eda tva aura vax. rett er þeim at giallda tvær merkr lyſis er æi gera ſkipti tíund. feórar álnar þó at hióna ſe. nu gefr madr fe börnum ſínum. ok ábyrgiaz þau ſeálf. þá ſkulu þau gæra tíund. ok geallda lyſi toll. *Eâdem mulctâ moroſus, qvantocunqve tempore decimas detineat*

CAP. XLIII.

DE EXACTIONE DECIMARUM.

Ubi qvis de caufis decimarum ad domum fuam die qvinto feptimanæ cum qvatuor æftatis hebdomadæ effluxerunt; citavit, judices reum ad folvendam in eodem loco, intra qvatuordecim á fententia latâ noctes, fortem atqve mulctam fex marcarum inter actorem atqve fortem æqvaliter dividendam, condemnent: fi ad domum rei citatio recitata fuerit, reus fortem atqve mulctam intra noctes qvatuordecim poft latam fententiam ibi folvere condemnetur. Si vero in foro proclamata fit actio decimarum, condemnari debet reus ad fortem & mulctam in domicilio fuo qvatuordecim á lata fentia noctibus, folvendam; cæterum in mulctis, poenisqve pecuniariis infligendis, ad uncias, qvarum fingulæ fex ulnis conftant, computatio inftitui debet. Decimæ, qvam qvæ dividantur minores, qvolibet autumno egenis cedant, nifi epifcopus velit, eas præfertim ecclefiis offerre. Epifcopus definiat, qvænam villæ fingulis ecclefiis decimas offerant.

detineat, plectatur modo jamjam laudato vindicandâ. Unusqvisqve decimas folvens præftationes luminum duabus ulnis panni inqvilini, ceræve duabus unciis offerat. Licitum eft his, qvi decimas minores qvam qvæ dividantur, folventes, ut libram olei pifcini offerant finguli, conjuges etiamfi fint, qvatuor ulnas folvant. Siqvis liberis fuis bona, qvæ ipfi adminiftrant, donat, tunc decimas, & præftationem luminum folvant. Add. Sk. St. Ef madr helldr búi fínu. ok fkal tíunda matar afgáng. ef meiri er enn vett hafi hióna hvert. ok fva heyia afgáng. ef fornari eru enn vetr gömul. *Siqvis villicare pergat, villicationis reliqvias majores, qvam qvæ qvadraginta libras fingulis domefticis tribuant, decimet. Pabuli reliqviæ bieme antiqviores decimantor.*

XLIV. CAP.

NYMÆLI OF SIFIAR OC FRÆNDSEMI. *

Þat var nymæli gört þá er *Magnus Gizorarson* var byscop orþin. at nu er lögskyllt at fasta nætur þer átta er áþr voro eigi lögskylldar. ein er Iolanótt. önnur Páschanótt. þridia fyrir Uppstigningardag. fiórda fyrir Hvítsunnudag. oc midvico nætur fiórar um Lángaföstu. þer er eigi voru áþr lögteknar. Þat var annat nymæli. at iafn nátt skal byggia sifiar oc frændsemi at fimta manni hvartveggia. þar sem hiúscapar ráþum scal ráda. oc scal þar er frændsemi er at fimta manni. giallda ena meiri tíund. Enn þar er frendsemi er at fimta manni. oc setta. scal giallda hundrad álna. Enn þar er at setta manni er hvarttveggia. scal giallda tíu aura þá liggr ecki fegialld á þadan frá. þótt hiúscapar ráþum se ráþit. Þat var fornt lögmál þar er þriggia breþra er med mönnum at frendsemi. at þar scylldi til ómegdar leggia tíu aura. enn nú er þat aftekit.

XLV. CAP.

MISSERIS TAL.

(80) Enn fimti dagr vico scal vera fyrstr i sumri. þadan scal telia þriá mánadr þriátigo nátta oc nætur fiórar

---

* *Duo seqventia Capita add. ER.*

80) *De hoc computo, qvi stylo novo in Islandia recepto mutabatur, observandum est, qvod Perill.* J. Erichsen *in notis ad Arnesens* Islandske Rettergang *monuit, sc.* 1) *diem Veneris pro die Saturni, minus recte hodie haberi primum hie-*

CAP. XLIV.

NOVELLA DE COGNATIONE & CONSANGVINITATE.

Magno Gizuri *episcopo facto hæc novella rogata est, qva jubetur ut noctes octo, antea non observandæ, jejunio posthæc transigantur: Prima harum est nox Natalitiorum; secunda nox Paschatos; tertia ante diem Ascensionis Domini; qvarta ante Dominicam Pentecostes; noctes qvatuor qvæ Dies hebdomadum mediarum, in septuagesima præcedunt, & antea legibus receptæ non fuerunt. Altera fuit novella, qvæ jubet affinitatem & cognationem in eodem utrinqve, qvinto scilicet gradu observari. Ubi matrimonium contrahitur, ita ut in gradu qvinto cognationis sit, decimæ majores solvantur, sed in gradu qvinto & sexto, centum ulnæ offerantur, si vero utraqve pars in gradu sexto conjuncti sunt, decem solvant uncias. In reliqvis gradibus matrimonium ineuntes ab expensis liberi sunt. Juris antiqvi constitutio, juxta qvam consobrinorum pronepotes pauperibus decem donarent uncias, hodie abrogata est.*

CAP. XLV.

COMPUTUS SEMESTRIUM.

Dies *qvinta septimanæ, æstatis prima esto; inde tres menses, singuli triginta noctium, cum qvatuor noctibus ad*

L 3

hiemis; 2) *lectionem errore librarii irrepentem,* dagr scal fyrr coma allz misseris tals enn nótt, *genuinæ, qvæ talis est;* nótt scal fyrr coma allz misseris tals enn dagr, *nox in computandis semestribus die prior esto; oppositam esse, qvod vel J. nostrum probat temporis rationem per noctes semper ineundo.* Conf. *Arnes.* Isl. Retterg. *p.* 75 & 76.

fiórar til midſumars. Enn frá midiu ſumri ſcal þrír mánaþr þriátigo nátta til vetrar. Laugardagr ſcal fyrſtr vera i vetri. enn þadan ſcal vera ſex mánaþr þriátigo nátta til ſumars. enn tío vikor ſcolo vera af ſumri er menn coma til alþíngis. Dagr ſcal fyrr coma allz miſſeris tals enn nótt. Lög öll ſcolo vera uppſögd á þrimor ſumrom. ſcal þá lögſögo madr af hendi bioda lögſöguna. Nýmæli ecki ſcal vera lengr ráþit enn þríu ſumur. oc ſcal at lögbergi it fyrſta ſumar ſuppſcgia á vorþíngum helguþum. edr leiþum. Laus ero öll nymæli ef eigi verþa uppſögd. it þridia hvert ſumar.

XLVI. CAP.

UM LÍKSÖNG.

(a) Ef finz af líke criſtins manz. oc á at ſingia líkſöng allan yfer. ef ſer merki á hvart verit hefir karlmadr eda kona. ſva ſcal (b) ſcipta it ſama ef menn vitu víſt af hvörs líki þat er. er fundit er. þótt egi ſe merki á hvart verit hefir karlmadr eda kona. nema nockot hafi þeſſ verit ádr um hag hans. at fyrer þær ſacir ſcyli egi ſyngia líkſöng yfer líke hans.

XLVII. CAP.

UM KIRKIUGIAFIR. OC MÁLDAGA.

(81) Þar er menn leggia fe til kirkio at biſcopa rádi. oc at erfingia ſátt. þá á þat iamfaſt at vera ſem i lög-

81) Grág. *Tit. de hæred. Cap.* 18.

ad mediam æstatem numerandi sunt; a media æstate tres menses, singuli triginta noctium ad hiemis initium. Hiems incipiat die lavacri unde sunt ad æstatem sex menses, quorum singuli triginta noctibus constent: septimanæ vero æstatis decem præterlapsæ esse debent, ubi comitia adeuntur. Dies in computatione semestrium nocte prior semper esto. Leges omnes tribus æstatibus repetitæ sunto, tum enim Legifer officium alii cedendum offerto. Novella nulla ultra tres annos obligato; talis autem qvælibet prima æstate promulganda est ad rupem jurisdicundi, vel in conventibus vernalibus æstivisve pace publica munitis. Novellæ omnes tertia qvaqve æstate non repetitæ solvuntur.

CAP. XLVI.

DE CANTU FUNEBRI.

Si qvæ hominis christiani reliqviæ inveniantur, tum omnis cantus funebris eis præstetur, si indicia utrum vir, fæminave fuerit, exstent; qvinimo si certo constet, de cujus funere sint reliqviæ inventæ, qvamvis indicia sexus non appareant, nisi status defuncto dum in vivis erat, fuerit talis, ut propter eum cantus funebris mortuo præstari non possit.

CAP. XLVII.

DE BONIS ECCLESIÆ OBLATIS & CONTRACTIBUS CIRCA FUNDOS ECCLESIASTICOS.

Bonorum ecclesiæ, episcoporum auspiciis, hæredumqve consensu oblatorum donatio, tam rata esse debet, ac si in

a) *Add. Sk.* Þat er mællt, *constitutum est.* *ER.* ef finnr, *si inveniatur.* *Omitt. B.* Ef finnz af —— yfir liki hans.
b) *Sk. ER.* skipa.

i lögrettu ſe loſat. oc ero ſlíc vidrlaug er frá er brúgdit. oc er heimting til. Þat er biſcupum loſat þar er þeir gera máldaga i lönd manna. at þeir ſculo egi lyſa láta at lögbergi nema þeir vili. enn i þíngbrecko ſculo þeir láta ſegia til á varþíngi því er þeir heyia. oc hafa vatta vid et næſta var eptir. Byſcupar ſcolo coſt eiga at giöra ſcyrſlor optarr en um ſinn um fader ni manz. ef þeim þickir þeſſ þurfa. oc ſcal ſu ſcyrſla rett er ſidarr er gör.

XLVIII. CAP.

UM VAPNABURD Í KIRKIO.

(a) Egi ſcal madr bera vapn i kirkio ne i bönahús. þat er tider ero at veittar. oc egi ſcal ſetia vapn vid kirkio

a) Þat er mællt i lögum at madr ſkal æi bera vopn i kirkio. ok æi ſetia vid kirkio vegg. oc leggia á kirkio eda kirkiopallu. þá er fyri kirkio eru. ſlík þirmſla er öll á bænahúſum þeim er biſkup loſar tíþer at. enn ef af er brugdit. þá vardar fiörbaugsgard. byſkup á ſök þá ef hann vill ſækia láta. enn ella preſtr ſá er vardveiter *kirkiunna* edr bænahús. bóndi ſá á at þridia *koſti* er *byr* á kirkiubænum. Rett er at ſteſna fimtodag er fiörar vicor ero af ſumri á kirkiobænum. ſækia ſkal ſök þá vid vattord. ef þegar ero vattar til at misþirmt var kirkiunne. ella qvedia til tylptar qvidar goda þeſſ er ſóttr er. enn ef æi veit hver ſá er. þá ſkal qvedia ſinn goda. Enn ef ſiálfr er ſóttr godin þeirre ſök. þá ſcal qvedia ſamþíngisgodan tólftar qvidar. Varnir oc gagnſakir ſkulu æi metaz of þau mál ef rett er höfdut ſökin. Þeir menn er til múnklífa edr biſkupsſtola vilia rádaz á landi her. hverſu mikit fe er þeir gefa med ſer at erfingia loſi. oc rádi þeir ſtadfeſtu ómögum ſínum. þá ſcal æi ripting til þeſſ vera. þó at æi komi búar til þeſſ at vinna eida at. oc þó at adrir verde erfingiar enn þá voru er arfſalit var. *Sk.*

in senatu facta esset, eádemque poená, si non præstetur, vindicanda, eodemque modo, petenda est. Concessum est episcopis, ubi de parte quadam fundi alieni ecclesiæ tribuenda contrahunt, ut hunc contractum ad rupem jurisdicendi nisi velint publicare necesse non habeant; sed in clivo fori vernalis cui subsunt eum publicare debent, testesque, vere, post eum initum, proximo adhibere. Episcopi sæpius, si velint, de parentibus liberorum inqvirere possunt, quod posterius probatur rectum erit.

CAP. XLVIII.

DE ARMORUM GESTATIONE IN ECCLESIIS.

Arma in ecclesias aut oratoria, quæ sacris inserviunt, ferre, aut ad eorum parietes collocare nefas esto:

L 5 *Arma*

a) Legibus cautum est, ne qvis arma in ecclesiam gerat eademve ad parietes earum collocet, imponatve sedilibus foris ad introitum factis, eadem oratoriis, in qvibus sacra peragi episcopus permittit, sanctitas debetur, secus faciens relegationis ab episcopo, si velit, pastoreve, qvi ecclesiam vel oratorium administrat, fundive ecclesiastici incola, actoribus vindicandæ condemnetur. Reus die qvinto septimanæ, qvum qvatuor æstatis hebdomadæ præterlapsæ sunt, ad villam ecclesiasticam citetur. Actio autem testibus, siqvi, dum pax ecclesiæ violata fuit, adfuere, instituenda; cæteroqvin curio, cui paret reus, de testimonio duodecimvirali compelletur. Si vero, qvis ille sit, nesciat actor, â suo curione illud petat: si vero curio ipse reus sit, tum â curione contribuli, duodecim veridici postulentur. Exceptiones, & reconventiones nullæ dantur, si actio principalis legitime instituta sit. Eorum, qvi ad sedes episcopales vel monasteria in hac insula se conferunt, dispositio de bonis, illuc heredum consensu oblatis, qvantacunqve demum sunt, si cognatis, qvos alere tenentur, certas mansiones acqvisiverint, irrevocabilis esto, qvamvis vicini hunc contractum confirmaturi non adsint, aliive heredes, jam sint, qvam qvi tempore alienatæ hereditatis fuerunt.

(b) kirkio vegge. enn þau ero vapn til þess talit. öx oc sverþ. oc spiót. oc svidor. oc bryntröll. Ef madr bregdr af þesso máli. þá ver fiörbaugsgardi. sakar þeirrar adili er sá madr er biscup bydr um. eda prestr sá er tíþer veitir at kirkio. eda bóndi sá er þar byr. Söc þá scal sókia vid vattord ef því komr vid. enn elligar vid tylftarqvid. enn madr er vardr söc þeirri ef hann getr þann qvid. at hann bæri þess (c) örendis vapn til kirkio at smíþa at henni nockot þess er hun þyrfti. Þat er og til varnar ef madr bydr at handsala griþ biscops i þesso máli. oc þau handsöl med er honom þicki tök. þá scal því egi níta. Enn sá á söc þessa er vill. ef engi vill sókia þeirra manna er ádr voro talþir (d) til þess at söc ætti. Þá eina menn scal at kirkio grafa er biscop sá lofar er yfir þeim fiórþungi er. Ef madr förir þess mans lík til kirkio er biscop hefir bannat. oc ver þat fiörbaugsgardi þeim er fördi. oc þeim er vid tekr. oc sva presti ef hann syngr yfir líksaungin. Ef madr byr á kirkiobole. þá scal hann þar hallda húsum. oc gördum. sva at land spilliz egi. Enn ef land spilliz i ábúd hanz. þá scal þat böta kirkio slíko sem búar virda vid bók. Ef madr bötir kirkio land. þá scal búi Guds þauk fyrir hafa. enn egi má hann febötor fyri þad heimta.

XLIX. CAP.

(a) UM TÍDAKAUP PRESTZ.

Eindagi er á tídakaupi presta enn fimta dag viko er siau vikor ero af sumri vid alla þíngonauta. oc liggr vid

b) *Add. Sk.* kirkiubriost. ne vid, *frontem templi, nec ad.*
c) *ER.* uöndis.

Arma vero talia sunt; securis, gladius, hasta, framea & malleus, siqvis secus faciat relegationis condemnetur. Actor istius causæ est mandatarius episcopi, pastorve sacra in ecclesiâ administrans, incolave fundi; causa vero testibus si fieri possit, cæteroqvin duodecim veridicorum testimonio comprobanda est. Exceptio tamen peremtoria reo competit, si veridicis evincat, se arma in ecclesiam gessisse ideo, ut necessariam ei ministraret reparationem. Exceptio præterea est, siqvis causam stipulata manu episcopi arbitrio submittat, seqve declaret tantum præstaturum, qvantum hic decreverit; id enim ei negandum non est. Si actores nuper memorati actioni supersedeant, tum popularis evadit. Ii tantum homines cæmeterio inferantur, qvibus episcopus istius qvadrantis hoc beneficium concedit. Siqvis funus, cui episcopus interdixit, ecclesiæ inferat, uterqve, tam inferens, qvam sepeliendum recipiens, ut & pastor cantum funebrem præstans, relegationi obnoxius est. Qvilibet villam ecclesiasticam incolens ædificia, sepimentaqve conservet, ut fundus non vilescat. Si vero fundus coloni culpâ detrimentum capiat, tunc illud ecclesiæ tanti resarciatur, qvanti viri delegati jurejurando æstimant. Conductor si ecclesiæ fundum melioret, Divinam habeat gratiam, remunerationem pecuniariam vero non exigat.

CAP. XLIX.

DE SALARIO PASTORIS.

T*erminus salarii pastoribus a qvôlibet parochiali solvendi incidit in diem qvintum hebdomadis cum septem æstatis septi-*

d) *Add. ER.* tolt, *habetur. Omitt. id.* til þess at íöc ætti.

a) *Omitt. Sk. totum hocce Caput.*

vid hálf fimta mörk ſex álna aura ef halldit er. oc er at heimili preſtz ſtefnoſtadr um tíþakaup vid alla þíngonauta. Ef menn vinna fleira enn þat ſem lofat er á þeim dögom fimtán (b) er it meira halld er á. þat ver fiörbaugsgardi. oc á ſá ſöc er vill. rett er manni at biarga fe ſíno. oc (c) andvirki. ſem rúmheilact ſe. ef van er at elldr. eda ofvidri. eda vötn. eda ſcridor meidi elligar. (d) Þat ver fiörbaugsgardi ef madr etr fe þat er ſvidda verdr. oc kallat óátan. Af eru tekner útródrar. oc öll veidr fugla. oc fiſka. um löghelgar tíþir. (e) Þar er madr á at giallda tíund ena meiri af fe ſíno. þá ſcal hann virda fe ſitt allt til ſex álna aura. oc giallda jafnfrída aura af ſem þeir er virdir voro. enn þat ero ſex álna aurar. kyr oc ær at þínglagi því ſem þar er í því heradi. Þat er lögeyri ſex álnir vadmáls. edr vararfelldir nyir ſva at þat ſe egi verr undir enn vara. Eyrir gulls fyrir þriu hundrud álna. mörk veginn brennz ſilfrs er jöfn vid eyri gullz. Melrackaſkinn ſex. oc lamba gæror ſex. þat er hvarttveggia lögeyrir.

L. CAP.

HER SEGIR UM SAKIR. OC FIÁRSOKN. OC TÍUNDARHÖLLD FYRRI MANNA.

Nefne ec i þat vætti. at ec em búinn at taca vid tíund þeirri. (a) oc qveda á hver tíund er (b) oc NN. ſkylldi

b) *ER.* hæſto, *maxime feſtos.*

c) *Add. ER.* feſta, *firmare.*

d) *Omitt. ER.* Þat ver —— óátan.

septimanæ præteriere, solutionis autem mora marcis, quarum singulæ unciæ sex ulnis constant, qvatuor cum dimidiâ puniatur. Parochiales vero de solvendi salarii morâ ad domicilium pastoris citentur. Siqvis plura, quam qvæ licita sunt, qvindecim istis diebus, qvi majori sanctitate coluntur, operetur, relegationis, actione populari vindicandæ condemnetur: omnibus tamen rebus & operibus suis, tanqvam dies profestus sit consulere licet, si his ignis, tempestates, inundationes, ruinæve e montibus deciduæ damnum minitentur. Siqvis carnibus animalis suffocati, qvod non vescum habetur, vescatur, relegetur. Diebus festis piscatura omnis & captura avium & piscium abrogata est. Ubi qvis majores decimas de bonis suis solvere debet, bona sua unciis, qvarum singulæ sex ulnis constant, æstimet, unciasqve æstimatis qvalitate æqvales offerat, res autem unciis sex ulnarum æstimandæ, sunt; vaccæ & agnæ juxta pretium vulgare in qvalibet toparchia receptum. Unciam legalem sex ulnæ panni inqvilini efficiunt, vel togæ promercales novæ, bonitate non viliores qvam merces, uncia auri trecentas ulnas valeat, marca argenti defæcati ponderata unciæ auri æqvipollet. Pelles vulpinæ sex, ut & pelles agninæ sex unciam legitimam singulæ faciunt.

CAP. L.

DE ACTIONIBUS, CONDICTIONIBUS & DECIMARUM SOLVENDARUM MORA APUD VETERES.

Testes ideo advoco, qvod paratus sim accipere decimas (simul nominandas,) qvas solvere debet NN. (qvantæqve

e) *Omitt. omn.* Þar er madr —— hvarttveggia lögeyrir.

a) *Omitt. omn.* oc qveda á hver tíund er.

b) *Sk.* er NN.

skylldi giallda. oc qveda á hve (c) mikil er. (d) ek se hann egi her cominn i lögeindaga stad. oc (e) egi þann mann er giallde því hallde upp fyri hann. (f) hefi ec her NN. lögsiáanda til med mer at siá giälld ef bodit væri. nefne ec mer (g) þessa vatta i þat vætti. at ec stefne NN. um þat (h) er hann helldr NN. fyri mer. (i) ec tel hann eiga at verda sekian fyri þat sex mörkom. oc giallda tvennom giölldom (k) þann luta tíundar er ógolldinn er. sva sem búar virda. stefni ec til giallda. oc til útgöngo um fe þat (l) alrsaman álaug oc innstöda. stefni ec honom til þíngs (m) vsque. (n) oc stefni ec lögstefno. stefni ec i lögeindaga stad rettum. Fim búa scal qvedia á þíngi þadan frá er hann stefndi. Sva er mællt i lögom. at madr scal þar giallda alla tíund sina sem hann er i vist um haustit. þá er scipt er tíundum. enn ef þar er engi samqvama i þeim repp sem hann er vistfastr til þess at scipta tíundum manna. þá scal hver giallda þar tíund sem hann er vistfastr um Marteins messo. oc scal sá madr iamnan giallda tíund af feno sem lögrádandi er fiárins.

LI. CAP.

UM SAKARGIFTIR ÞEIRRA. OC LÖGLYSING. *

Nefni ec í þat vætti. at ec lysi söc á hendr NN. at hann hafi halldit þeim fiórdungi tíundar er hann á at giallda.

c) *Sk.* mikit fe, *quanta pecunia.*
d) *Omitt. Sk.* ec se hann egi her —— i lögeindaga stad.
e) *Sk.* se ec egi, *non video.*
f) *Omitt. Sk.* hefi ek her NN. —— giälld ef bodit væri.
g) *Omitt. Sk.* mer þessa vatta.

* *Hoc Caput addit Sk.*

tæque sint, definiendum) quem hic, in loco & termino solutionis legali, neque ipsum, neque ejus mandatarium ad debitum solvendum advenisse video; adest vero NN. testis oculatus legitimus, pecuniam, si numeraretur, inspecturus: hos testes advoco asserturos, me citare NN. ideo quod in morá sit, decimas NN. solvere, eumqve igitur pronuncio sex marcis mulctandum, partemqve nondum solutam duplo ad vicinorum æstimationem præstandam, citatione ad exhibendum sortem atque mulctam, & qvidem peremtoriá, imo legitimá eum in judicium, in loco & termino solutionis legali provoco. Vicinos vero qvinqve ex eo loco, unde citavit, veridicorum instar in foro producat. Leges jubent, ut unusqvisqve decimas ibi solvat, ubi autumno moratur, cum decimæ dividuntur: si vero conventus in tribu ista, ubi commoratur, ad dividendas decimas non celebretur, tunc unusqvisqve suas ibi decimas solvat, ubi festo Martini commoratur. Bonorum legitimus administrator decimas ex iis solvat.

CAP. LI.

DE EORUM ACCUSATIONE & LEGITIMA PROCLAMATIONE.

Vos testes nuncupo asserturos, me causam contra NN. proclamare, quod solvendam decimarum quartam retineat,

h) *Sk.* at hann helldr tíund fyrir NN., *qvod retineat decimas NN.*
i) *Sk.* ek tel hann fekan um þat, *ideo eum reum esse pronuncio.*
k) *Add. Sk.* fiórdungin, *qvartam.*
l) *Omitt. Sk.* alt saman úlög ok imstöda.
m) *Sk.* þess.
n) *Omitt. Sk.* oc stefni ec lögstefno —— þadan frá er hann stefndi.

giallda. tel ec hann ſekian of þat ſex mörkom. oc giallda þann luta er ógolldin er tvennom giölldom ſem búar virda. lyſi ec til dóms. lyſi ec löglyſing. oc ſcal qvedia til heimilisbúa ſim þeſſ er ſóttr er. Giörtæki vardar þriár merkur. Rán oc ſtulldr ſkóggáng. Meiding fiár. ef ſim aura ſkadi er. vardar fiörbaugsgard. kúgylldis ſkadi ſkóggáng. Vodaverk vardar ecki ef bætt er innan fiortán nátta ſem búar virda.

* * *

neat, ex hoc capite eum ſex marcis mulctandum partemqve nondum ſolutam duplo ad æſtimationem virorum delegatorum illi præſtandam eſſe pronuncio; cauſam judicandam, qvinimo legitimè proclamo, vicini vero rei qvinqve, veridicorum inſtar, citandi ſunt. Crimen manus expilatæ tribus marcis expietur. Rapinæ & furta exilio puniantur. Damnum rebus cujusdam illatum, ſi unciis qvinqve æqvipolleat, relegatione, ſi vero qvatuor imperialibus æſtimetur, exilio plectendum eſt. Damnum, ſive culpoſum, ſive caſuale, ſi intra noctes qvatuordecim reſarciatur ſecundum vicinorum æſtimationem, à mulcta immune eſto.

INDEX

INDEX VOCUM
IN
JURE ECCLESIASTICO
OCCURRENTIUM.

A.

(m. *maſculinum*, f. *fœmininum*, n. *neutrum*, ſing. *ſingularis*, pl. *pluralis*, adj. *adjectivum*, v. *verbum*, *vel.*)

A *in loco* præpoſ. cum abl. pag. 2. *at vera á búi* hoſpitio frui 8. *á förnum vegi* in via publica 8. *á þíngi* in foro 4. 2) intra, *á fiórtan nóttum* intra noctes qvatuordecim 36. 3) ad, vel contra cum accuſ. *á hendur at döma* ſententiam in aliqvem ferre ɔ: condemnare, obligare aliqvem judicialiter 38.

A verb. *ec á* 1) poſſideo. 2) dominus ſum. 3) debeo. *ſá er á tutogo aura* qvicunqve viginti uncias poſſidet 14. *enn hann eigi þíngfarar caupi at gegna* qvam qvi tributum comitiale ſolvere debeat 4. *á hann at veita þeim húsrúm* manſionem in domo ſua iis exhibere debet 4. *biſcup á ſöc* actio epiſcopo competit 12. vid Ind. Gunnl. S. Ormst.

Abyrgd f. obligatio perſonalis eventum rei præſtandi 50. ab *á* partic. intenſiva & *borga* perſolvere.

Abyrgiaz v. eventum rei alicujus præſtandam in ſe ſuſcipere 50.

Adili m. primipilus. *adili ſacar* actor cauſæ 66. *adili varnar* reus v. defenſor.

Adr ante, antea 8. *ádr enn* ante qvam.
Af præp. cum abl. ex, de 34. *af fe* de bonis. *af Noregi* ex Norvegia.
Afdalir m. valles remotæ 38. fing. *afdalr.* ex *af* & *dalr* vallis.
Afgángr m. reliqviæ 162. ab *af* & v. *ec geng* eo.
Afhöggva amputare 72. ex *af* & *höggva* cædere.
Afrettr m. pars certa univerfitatis. Dan. *Særlod i Alminding* 5. 10. 20. *Grág.* Tit. de Locatione Conductione Cap. XXXVII. *Jónsb.* ibid. Cap. XLVII. *Þat er áfrettr er tveir menn eiga faman. edr fleiri. hverfo mikit fem hvarr á.* Certa pars univerfitatis vocatur, cujus duo, pluresve funt condomini, qvanqvam alteri proprietas major fit, præ altero: ita enim pars ifta vocatur, qvia limitibus erat determinanda, imo circumfepienda. *Hac. Haconis Guleth. L.* Tit. *Tingbud* Cap. XV. apud Paus T. I. p. 139. â verbo *at retta af* determinare; minus ergo recte â P. V. E. Thorhallefen in Verfione Danica nunqvam non laudanda Codicis Legum *Jónsboc* vertitur per *Alminding* ɔ: univerfitatem. 2) pl. *afrettir* tesqva, hodie dicuntur, qvod & retinui 34. cum pafcua montana proprie ibi intelligantur.
Agiætr adj. bonus, pretiofus 69.
Ala 1) alere 4. 2) parere, generare. â prima perf. *ec el.* præt. *ól* alui cæt.
Alin f. ulna, determinatio tam longitudinis, qvam pretii, fc. 4 folidi, non autem 4½ qvod 88 corrigendum. pl. *álnir* & *álnar* a fing. *áln.*
Alinn adj. n. *alit* natus, alitus 134. pl. *alnir* & *aldir.*
Alldin n. germen 138.
Álög pl. f. 1) mulcta 76. 2) gravamina. Hácon *hafdi álög mikil vid vini* Magnufar. *Hacon* gravaminibus multis amicos *Magni* oppreffit Orkn. S. â fing. *álag* n. â verb. *at leggia á* imponere. gen. pl. *álaga.*

Al-

Blódugr ſangvine madidus 26. f. *blódug*. n. *blódugt* 26. a *blód* ſangvis.

Blóta idolis litare 67. regit accuſ.

Blótſcapr idololatria 76.

Bóandi habitator, ruſticus 80. contr. *bondi* â verbo *ek by* habito.

Bod 1) mandatum, ſenſu jurid. 2) præceptum. 3) convivium 21. 3) invitatio. 5) nuntius.

Bólſtadr m. pl. *bólſtadir* villa 38. *ból* villicatio, manſio. *ſtadr* locus.

Bódfaſta jejunium neceſſarium 122. â *bod* & *faſta*. confr. Kriſtnis. in voce *faſta*.

Bóc fæm. pl. *böcur* liber, ſpecialiter codex ſacer. *at vinna eid at bóc* jurare per librum, qvod fiebat impoſita ſacris bibliis manu. *at virda vid bóc* bona jurejurando cenſere 170. Angl. a book.

Bóndi colonus â me vertitur; ſed diverſo ſenſu â Romanorum, aliarumqve gentium more, cum noſtrates eadem ſemper cum Norvegicis libertate nec auro, nec purpurâ vendendâ uſi ſint. Cæteras ſignificationes vid. apud Gram. *om Angelſachſ. Ord* in voce *Bonde*.

Bónord ſponſalia 117. â *bón* petitio, & *ord* verbum.

Bord n. 1) aſſer. 2) menſa. *at kaſta fyri bord* in mare è navi ejicere 20. conf. Ind. Gunnl. Ormst. in hac voce. Angl. board.

Bót f. 1) reparatio. 2) reſarcitio.

Bönahús n. oratorium 62. a *bón* f. oratio, & *hús* domus.

Böndr adj. rogatus, idem qvod *bedin*, qvaſi contracte pro *bönadr* v. *bænadr*, a *bón* vel *bæn* rogatio.

Böta & *bæta* 1) reparare. 2) reſarcire. *at böta hlid aptr* oſtium ſepimenti claudere 84. 3) ſatisfacere 9.

Bregda movere 10. *at bregda búi* â villicando deſiſtere 142. conf. Ind. Gunnl. Ormst. S. in hac voce.

Brenna

E.

E.

ræ,

F.

Fim

Galldr

Greida

Höfda-

I.

I.


K.

Klyf.

II. *In*

II. *In civilibus:* A) *in negotiis bellicis* a) crux pro vexillo habebatur ut concludi potest ex *Snorrone* in *Olao Sto.* b) In armis, præsertim clipeo pingebatur Ol. Trygg. S. P. I. Cap. 88. Heimskr. in *Sto Olao.* c) Crux cum effigie (*Ruducross*) armorum vices interdum sustinuit *Niála* Cap. CIV. d) Crux eadem in proris navium pro fausto successu, & victoria ponebatur. Ol. Trygg. S. P. II. Cap. XC. XCI.

B) *In negotiis forensibus,* a) per crucem manibus assumtam juramentum præstabatur, pag. 144. b) Concio cruce per territorium missa convocabatur Kristinnr. Gulath. L. Cap. 18. ap. Paus T. I. p. 24.



c) Signum crucis literis subnotabatur, ut observavi in nonnullis tabulis donationum & privilegiis Haconis Magni, Norvegiæ Regis, qvæ in tabul. A. Magnæi asservantur, in his ante hanc figuram *Nos Haqvinus signavimus;* hunc signandi morem crediderim juramenti instar, irrevocabilis & infallibilis effectus ergo adhibitum fuisse, qvod vel literæ Reginæ *Alfrye* evincunt, scribit enim: Ego Alfrye Regina — signo crucis confirmavi †. J. C. Bechm. Synt. Dign. Diss. I. Cap. VI. p. 47. Nulla enim ratio verisimile facit, causam fuisse literarum, qvæ in Norvegia Sec. MCCC & MCCCC, & multis in Anglia retro seculis floruerunt, ignorantiam, cui tamen hujus moris origo asseritur â Mabillon Lib. VI. de re Diplomat. Spelman T. I. Concil. Angl. ubi Witraedus Rex Kentiæ profitetur, se pro ignorantia literarum signum sanctæ crucis propria manu exprimere. d) Cruces pro terminis, nobis ex cespite ponebantur pag. 90. qvemadmodum in Gallia, in hunc finem, in arboribus figebantur ex Præcepto Childeberti I. Franciæ Regis Ao. DXXVIII, apud Du Fresne in

voce

voce Crux. e) Crux in occupationis memoriam apponebatur ab his, qvi rem ſuam eſſe contendebant Landn. P. III. Cap. XX. p. 269. hic mos â G. Prynnæo in Libert. Eccl. Angl. Edvardo I. adſcribitur. f) Sigillis inſculpebatur, cum & ſine effigie.

C) *In vita Communi.* a) Cruces ad vias, & ad tempora diei ſtata indicanda tam ligneæ, qvam lapideæ (*Kroſsvördur* ɔ: metæ crucis inſtar) erigebantur, imo in locis ubi qvis occubuit. b) Cruces in locis â dæmonibus infeſtatis ponebantur Geſt. Sag. Bardi filii, imo loca ad prohibendum malis geniis tranſitum crucis ſigno notabantur, cujus apud Grönlandos ut chriſtianiſmi veteris reliqvias obſervavit D. Cranz Hiſtorie von Grönland B. V. pag. 505. c) Cruces de collo ſupenſæ amuleti inſtar in pectore geſtabantur, nec ita pridem abolevit, & qvis neſcit eas ornamenti inſtar, catenis adhuc aureis, qveis fœminæ collum obducunt, affixas ejusdem originis eſſe. d) Ædes tam ſacræ, qvam privatæ ad formam crucis ſtruebantur, ut hodiedum fit firmitatis ergo. e) Crux, & ejusdem ſignum ad mala averruncanda, & ſananda uſu fuit: α) in vulneribus, & tumoribus, qvæ magicis artibus facta credebantur, ubi vel, tam in hominibus, qvam pecudibus pingebatur, vel inurebatur, vel incidebatur, vel ſaltem nullo apparente ſigno notabatur; β) carinæ, malisqve navium incidebatur, itemqve inſtrumentis aliis qvam plurimis. f) Cruce imaginaria ſignabantur α) ſagittæ, ut eo facilius ſcopum attingerent Ol. Trygg. P. II. Cap. LXXV. p. 264. β) naves piſcatoriæ ante qvam aſcenderentur, cæt. γ) eadem ſe notabant ſacris adſtantes factis precibus, pranſuri, cænaturi, cubitum ituri, expergefacti, in periculis conſtituti *Niála* Cap. CXXXIII. Ol. Trygg. Sag. P. I. Cap. XXCIX. Et hinc g) cibus, potus

Ol.

Ol. Trygg. S. P. I. Cap. XXII. postes, januæ Hist. Eccl. T. II. Lit. C. n. 10. p. 384. h) Mortuorum manus super pectore adinstar crucis olim (ut hodie) componebantur *Niál.* Cap. CXXXIII. Nec mirum, cum insignes pietate viri crucem ejusqve virtutes summis elatas laudibus aliis commendaverint. Verba *Olai Tryggonis* hæc sunt: *Ver skulum jafnan merkea oss Gudi sigrmarki hins helga kross. Þvi ef krossmarkit er gört med traustri trú. su sem er til Guds. er þat hin orruggasta vernd oc hlíf sálar oc líkama. moti öllum óvinum synilegum oc ósynilegum — Þvi þeir eru hræddir vid christna menn. er sitt traust hafa á Gudi oc hans helga krossi. — Þvi eigum ver murgfalldlega at losa Jesum Christum. oc hinn helga kross hans. utan enda.* Nos signo sanctæ crucis victorioso Deo nosmet continuo signemus, signum enim crucis fide factum efficaci, qvæ in Deum est, defensionem, cev munimentum pro anima & corpore tutissimum operatur, contra visibiles inimicos, & invisibiles, qvoniam illi christianos, suum in Deo, & sancta ejus cruce fiduciam collocantes, pertimescunt; unde nos laudare debemus Jesum Christum, & sanctam ejus crucem maximopere, & sine fine. Prudentii Hymno VI. Islandice in metrum versa:

Krossin illu afflíar ɔ: Crux pellit omne crimen
ill mirkur krossin flya. fugiunt crucem tenebræ.

De Staurolatria confr. Hist. Eccl. Isl. T. II. Per. IV. Sect. II. §. 13. p. 363.

Krúna f. 1) rasura sincipitis coronæ instar, unde nomen 72. clero primum propria, deinde laicis. 2) corona. Dan. *Krone.*

Kulldi m. frigus 10. & æqve late alias sumitur ex. gr. pro inimicitia, consiliis nocivis, cæt.

L.

Lík

N.

N.

Ná obtinere asseqvi 6. *at ná háttum* diverti ante tempus, qvo cubitum itur, a prima *ec næ* assequor, præt. *nádi*, Dan. *naaer.*

Nafn n. nomen 10.

Náhvalr m. monodon, monoceros, â *ná* cadaver, & *hvalr* balæna 138.

Nakin c. nudus, n. *nakit* & *nockvit* 24. Dan. *nögen.*

Nám n. 1) apprehensio, 2) studium discendi 56. 3) damnum fundo illatum, item mulcta, resarcitio ob damnum tale, data. â verbo *at nema* apprehendere, occupare, 2) discere 56. 3) demere, a pr. *ec nem*, præt. *ec nam.*

Nátt & *nótt* f. nox, hinc *náttfasta* jejunium nocturnum 108. *náttmessa* sacra nocturna 70. *náttverdr* m. cæna 50.

Naudstaddr ad incitias redactus, in periculo constitutus 82. â *naud* periculum, Germ. Noth, Dan. *Nöd*, & *staddr* constitutus.

Naudsyn f. necessitas 12. *naudsynialausr*, n. *naudsynialauzt* nulla necessitate coactus 10. a *naud* & *syn* visus, a v. *ec se* video.

Naudugr invitus, necessitate coactus 20. â *naud* & *ugr* qvod est nuda terminatio.

Nefna nominare 10. appellare, provocare 46. constituere, *nefna presta í dóm* pastores, qvi sententiam ferant constituere.

Nema verb. vid. *nám.*

Nema adv. nisi 78.

Ner & *nær* propius 28. adv.

Net n. rete 86.

Nidr inferne, deorsum, *at fella nidr* demittere 158.

Níu novem, *níundi* nonus, *nítiandi* decimus nonus, *nítián* novem decem, *níutygir*, *niotío* nonaginta,

O.

Obygd

P.

Q.

R.

Rád-

S.

nem ɔ: jus aliqvem ob læſionem illatam convenien-di amittere per converſationem cum reo 24. prima *ec ſit*, præt. *ſat*.

Skap n. facies, forma determinatio, natura. 2) animus 94. pl. *ſköp* fata. 3) *ſcöp* pudenda, â *ſká* ſecare. Gloſſ. Bapt. hinc

Skaparſi heres legitimus, ut me Perill. *J. E. Colbiörnſen* monuit, conf. *Grág*. Tit. de Heredit. Cap. IV. Weſtgotha L. ibid. Cap. XIX. 2. qvod pag. 2. obſervandum eſt â *ſkap* & *arſi* heres.

Skapthá dicitur ſol haſtæ longitudinem ab horizonte diſtans. â *ſcapt* manubrium, & *hár* altus.

Skepna forma, 2) creatura. vid. Gloſſ. Bapt.

Skilia á definire, determinare. *ſkilia* intelligere, disjungere, ſeparare 12. divortium facere 117. *ſciliaz* ab invicem diſcedere, disjungi 9. *ſciliaz á* diſſentire. prima *ek ſcil*, poſſ. *ſkilz*, præt. *ſkilda* & *ſkildiz*.

Skinn n. corium 92. *ſkinnfelldr* pallium pelliceum 66.

Skinnfelldarſkickia toga pallii inſtar pellicei, vocatur in Orkn. Jarl. S. *Húsfrúin bar ſkinnfelldarſkicku at Jarli*, ɔ: Materfamilias, togam pelliceam Comiti obtulit. De qva ille

Skeck ec her ſkinnfelld hrokkinn
ſcraut er mitt afar lítit.
Qvatio v. induo hic pallium pelliceum rugoſum,
Ornatus eſt mihi valde parvus ɔ: vilis.

Skinnſtackr palliaſtrum pelliceum 66. â *ſkinn* & *ſtackr* tunica, veſtis ſuccila, confine eſt Dan. *ſtakket* ſuccilus, brevis, â verb. *at ſtække* ſuccidere.

Skipa jubere, 2) facere v. conſtituere, 3) in ordinem redigere. prima *ec ſcipa*, præt. *ſkipadi*.

Skipdráttr m. ſubductio navium, â *ſkip* n. navis, Angl. Ship, & *dráttr* tractus, qvod â *draga* trahere, naves enim, finitis autumno itineribus in ſiccum trahebantur 38. *ſkiplagdr* navi impoſitus, â *ſkip* & *leggia*.

Skip-

Tog

U.

V.

Vopna-

Þán-

Þúngr





NOMINA SCRIPTORUM
ABREVIATE CITATORUM.

K. R. G. Jus Ecclesiasticum Legibus Gulathingensibus Magni Legum Reformatoris in Pausiana collectione præfixum.

K. D. B. Gulath. L. idem.

K. R. H. Jus Ecclesiast. Legibus Heidsivensibus præfixum.

Grág. Codex Legum Grágás.

L. I. B. Titulus de Locatione Conductione.

ERRATA.

Pag.	Lin.	
5	18	*pro veredicis lege veridicis*
12	8	*pro* höndam *l.* höndom
14	30	*pro* honn *l.* hún
16	21	*pro* eda þvattdags *l.* eda bída þvattdags
20	19	*pro Kvöldulfr l. Kvolldulfi*
	26	*pro dijicite l. dejicite*
	28	*pro* Svartdæla *l.* Svarfdæla
	36	*pro evincerit l. evicerit*
23	6	*pro notando l. natando*
	13-17	*pro gygantes l. gigantes*
	14	*pro* ólkuna *l.* ölkuna
29	14	*pro appellare l. teſtes appellare*
30	4	*pro* hinn *l.* ſinn
44	7	*pro di-ſcedunt l. dis-cedunt*
	14	*pro* ſal *l.* ſcal
45	6	*pro ſnnt l. ſunt*
46	1	*pro* vardveitar *l.* vardveitir
47	26	*pro illud l. illuc*
	29	*pro contibulis l. contribulibus*
49	15	*pro Campanorum l. campanarum*
51	4	*pro patresfamilis l. patresfamilias*
58	15	*pro editoribus l. editioribus*
60	20	*pro opinior l. epinor*
61	21	*pro confideat l. confidat*
62	36	*pro parochanos l. parochianos*
63	25	*pro conſangvineitas l. conſangvinitas*
65	9	*pro hebdomodæ l. hebdomadæ*
69	2	*pro epiſcopo l. epiſcopus*
72	4	*pro* qveda *l.* qvedia
	30	*pro pergat l. peragat*
	33	*pro Can.* II. *lege Can.* 11.
	35	*pro diſſcerpendos l. discerpendos*
81	28	*pro* giftingor *l.* giftingar
88	17	*pro* klifberar *l.* klyfberar
90	26	*pro* fara í faur ſinni *lege* fara faur ſinni
91	30	*pro ſcutæ l. ſcuticæ*
93	24	*pro comiſſum l. commiſſum*
	27	*pro emenſos l. emenſas*
99	15-16	*pro celebrandæ l. celebrandi*
101	18	*pro hebdomodæ l. hebdomadæ*
109	30	*pro* nætir *l.* natur

ERRATA.

Pag.	Lin.	
111	8	*pro duobus l. duabus*
	12	*pro easdem l. eosdem*
	15	*pro qvas l. qvos*
115	30	*pro Qv. III. & IV. lege Qv. IV.*
124	19	*pro omn. l. omitt.*
126	22	*pro Moguntiacum MXII. l. Monguntinum MXXIII.*
130	31	*pro paperiei l. pauperiei*
131	6	*pro qvatuor temporum jejunii à carnibuc lege: qvatuor temporum, aut jejunii, à carnibus*
	30	*pro pasci l. pascere*
137	25	*pro add. l. add. St.*
140	27	*pro* sextándi *l.* sextánda
147	22	*pro iterum l. iterùm*
148	23	*pro paupereribus l. pauperibus*
151	13	*pro ; l. ,*
	29	*pro & deinde Episcopo l. qvi idem est cum Episcopo*
153	22	*pro eficiunt l. efficiunt*
155	10	*pro exacttor l. exactor*

In Indice, voce *Eyrir*, pro: *eyrir vax* pondus ceræ $\frac{1}{15}$ libræ ponderans lege: *eyrir vàx* cera $\frac{1}{6}$ libræ ponderans, libra enim ceræ sex ulnis ɔ: 24 solid. nostræ monetæ constitit.






Google